Tempii di puro marmo	solido de marmore	Templa.
De campi	Ex agris.	
Ad vedere, Ad videre	Ad videndum, Ad audiendum.	

Natura itaque nos monuit, vertendo Latine, non esse has prepositiones, sed eas notas, quas diximus.

Præterea si prepositiones sunt, nec nota Obliquorum, sequitur apud nos absurdum, quod prepositio prepositionem regat: vel quod prepositiones egeant auxilio aliarum prepositionum ut aliquid significare possint. Exempli causa, DI, non potest suam significationem perficere, nisi præmutatur alia, verbi gratia in ver, ut in ver di me, & vox illa ME à duabus prepositionibus regitur.

„ Che mai non fosse inuer di me piu fiera.

Item nota illa A, cui præfiguntur alie prepositiones, exempli gratia intorno si erit prepositio, certabit cum emula utra regere debeat Obliquum: vel imbecillam se, & infirmis viribus esse concedat oportet, quæ maneribus suis fungi non possit, ut

„ Morte mi s'era intorno al core auuolta.

Nec mihi obijciat aliquis Latinos dicere, exempli gratia, vsque ad mare coniunctis duabus prepositionibus vsque & ad: nam vsque est ad uerbum non prepositio, loci aut temporis productionem significans, & in circo cum prepositionibus iungitur, a quibus regitur casus, & dicitur vsque ab, vsque a, vsque in, vsque ad, vsque sub, vsque ab ono, vsque à puero, vsque sub extremum tempus, vsque ad urbem, vsque in caelum. Vide igitur Obliquos non regi à voce illa vsque (nam ydem essent) sed à prepositionibus A. Ab, Ad, sub, In: eamq; vocem non ad aliquid regendum sed ad productionem aut temporis, aut loci significandum additam esse: Quod si quis iterum persistere voluerit in sententia, eam

tiam prepositionem faciens, quia Latini dicunt Romam vsque, Florentiam vsque: Quis non videt casus illos absolute poni per regulam motus ad locum, in qua excipiuntur urbium nomina absque vlla prepositione in casu Accusandi absolute posita? Est autem proprium Latinorum eius modi aduerbia loci, vel temporis prepositionibus præfigere. Hinc illæ locutiones sunt procul ab urbe, longe ab Italia. Hinc a laua, Illinc à sinistra, & alia innumera, quibus & nos utimur. Lungi dal mare, Quida destra, & similia. Igitur quia his notis casuum Obliquorum præfigimus nos Florentini omnes prepositiones quas habemus, copiose, & uberrimo illarum prouentu nos priuatim iri erit opus, si hæc, quas notas Obliquorum vocamus, erunt prepositiones; illa q; ex prepositionibus aduerbia fient, aut combinabimus prepositiones, tamq; quæ solæ per se munere suo ut fungantur fieri nequeat: quod erit absurdum: illud vero non ferendum, sed sat iussumus in re ita per se plana, aperta q; ut disputatione non egeat.

Adde quod Casus Generandi, qui (ut Latini faciunt) regitur à substantiuo nomine, siue Actiue, siue Passiue, seu Possessiuæ, apud nos regeretur à prepositione, non à nomine, ut exempli gratia.

„ Qual vaghezza di Laur, qual di Mirto?

Lauro, & Mirto, qui sunt casus Generandi, si ita est, regentur à prepositione DI, non à nomine Vaghezza: à quo quidem nomine, luce clarius est, regi illos casus Passiue: significati enim rem desideratam, ut apud Latinos Cupido laudis, studium pecuniæ, & alia mille his similia. Superflua igitur esset prepositio si aliunde regitur casus. ergo non sunt prepositiones, sed nota, & signa Obliquorum.

sed quid plura? ex ultimo Obliquo percipi hoc potest, cui nos, ad imitationem Latinorum (qui unum hunc casum cum prepositione iungunt ob eius officium auferendi, unde & nomen ei dederunt Ablatiui) præfigimus DA, vocem respondentem prepositioni Ab: quæ quidem particula DA apud nos inter declinandum fungitur officio signi, & notæ eius sexti casus, sed in constructione est prepositio: ut in Latinis Pronomina Hic, Hæc, Hoc, præfiguntur inter declinandum nominibus, & ponuntur loco Articulorum in prætorum gratiam, ut eo

auxilio cognoscant genera nominum sed in constructionem non migrant nisi ut pronomina nec cum ijs nominibus, & casibus quibus praesentur neque enim dicimus Diligo hunc patrem, sed Diligo patrem, si volumus dicere, io amo il padre: nam Hunc est pronomen demonstrandi, & valet Quetto: unde sensus esset, io amo questo padre, nec est Articulus, qui valeat Il, ut hic sensus elici inde possit, io amo il padre. Hac si, ut cetera simplex obliqui nota esset, migraret, ut nota superiores, etiam & ipsa in constructione ante suum obliquum, una cum alijs Praepositionibus, nam hunc casum diximus in primo libro pagi. 6. esse obliquum praepositionum, non quia non possint alijs obliqui inferuire praepositionibus (possunt enim, ut vidimus) sed quia hic noster obliquus aliunde, quam a praepositione, regi numquam potest: praemittitur autem ei inter declinandum sola haec, tamquam nota eius obliqui, quia maiorem habet affinitatem cum illo, quam cetera, quae & ipse praeponi illi possunt sicuti DA, quae enim Latini per septimum casum, non per Ablativum, qui habet AB vel A praepositiones (ut meliores grammatici docent) exprimere consueverunt absolute: nos cum obliquo ultimo, Ablativo scilicet, & praepositione decenti semper id consuevimus dicere, ut

Con l'arme. con la spada, con vn pugno, Con vn bastone.

Ense interfecit, pugno percussit, gladio occidit, qui est casus septimus absque praepositione: nos vero cum praepositione & Sexto casu,

» Co' mantici, col fuoco, e con li specchi.

& In due anni, in tre giorni, duobus annis, tribus diebus, vel tridui spacio, nulla cum praepositione Latini: at nos cum praep.

» Per punir in vn di ben mille offese.

Iccirco casum praepositionum appellari. cum itaque numquam inveniuntur haec phrasae,

Co' da' mantici, co' dal fuoco, co' da gli occhi.

Vt vidimus in superiori carmine, nec con dal bastone, vel con da la spada, neque senza da' danari, nec con da lei: sed col bastone, con la spada, & con lei.

Poi

» Poi che senza compagna, e senza scorta.
» Con lei fossio io da che si parte il Sole.

Vel Da lei. dicitur autem Verso di me, A lato a me, Intorno al core, & alia eiusmodi innumera planum est ex eo id accidere quia illa vox DA est in constructione praepositio, non autem nota casus; iccirco cum alijs praepositionibus iungi non potest, ut nota illa superiores A & DI, vel DE, semper iunguntur, nec deserunt unquam suis obliquum: quacunque ex parte, vel a verbis, vel a Nominibus, vel a praepositionibus regantur, ut vidimus, haec autem deserit suum obliquum in constructione, si alia praepositio adfuerit: ergo planum est hanc esse praepositionem, & iccirco remoueri, quia duae praepositiones simul iungi non possunt: superiores autem non sunt praepositiones, sed nota obliquorum semper: ergo illae copulantur ea de causa cum alijs praepositionibus.

Notandum autem aliquando in nota obliqui secundi, qui vocatur alias Dativus, addi litteram D Euphoniae gratia, sequente vocali, ut Ad Antonio, Ad Annio, Ad Enea, Ad Innocentio, Ad ognino, Ad vno, idemque est quod A Antonio &c.

DE ARTICVLIS.



VID de huius partis inflexione sentirem, in superiori libro satis explicatum est a me. Superest nunc, ut quemadmodum in obliquorum Notis signisq; confirmandis nonnihil in secundo hoc libro differui, ita exponam aliquid de opinionibus aliorum: quibus ob ingenij dexteritatem, & ob susceptum munus facile admodum fuit de Articulis subtilius potius quam utilis, aut verius disputare. Cum etenim virilis generis habeamus duas Articuli voces nihil nisi dictione, & collocatione, inter se diuersas, videlicet LO & IL, non videtur satisfacere ratio affirmantis non utrumque, sed alterum illorum declinari, videlicet LO. Alterum vero, videlicet IL agendi, & patiendi casum tantummodo habere, eosque in minori numero tantum, eo quod vocalis illa I cum deleri non possit iungendo Articulu

lum cum Præpositionibus (ita enim vocat notus Obliquorum) iniucū dum auribus sonum redderet. Atque in tam ingenti rerum varietate afferenda, implentur omnia questionibus, exceptionibusq; & mutila absque ulla ratione redduntur partes, in quibus nichil desideratur sed perfecte admodum per se ipsas sunt, & absoluta. Nam (ut omittam derivationem Articulorum, quam ij faciunt, a Latina voce illam deducentes, quam, ut verbo confirmant. verbo etiam facile quis negaret) cum ij dicunt in primo Obliquo Articulum Del esse idem, quod Articulu Dello, reiecta ultima syllaba, ego si quid est delendum, non video, cur potius syllaba Lo sit delenda, quam vocalis I, ut relictu L fiat ex De & il Del: atque ita Articulo Il dentur sui Obliqui, quos hi abstulerunt nescientes dici etiam in singulari numero El pro IL. unde nihil scrupuli restat, quin ex nota primi Obliqui deleta vocali E fiat Del. non intelligo autem El pro ET IL. nam tunc scribitur cum Apostropho. Præterea non video cur debeat Recto & obliquis pluralis numeri carere Articulus I L, cum in maiori numero inueniatur suus Articulus I, qui eandem habet sedem in collocatione orationis componenda, quam suus Articulus singularis numeri IL. quem quidem articulum I, si volumus (ut ij) ab Articulo masculini generis LO provenire, qui in maiori numero versa O in I habeat Li, & inde ablata L remaneat I: Non video quare potius deleri non debeat L in recto singularis masculini in Articulo IL atque inde formari rectum suum pluralem, ne Heteroclitu etiam inter Articulos enumerentur, quæ, & Numero, & Casibus etiam plerisque carere dicatur. sed in Obliquis maioris numeri, ubi illorū etymon tradit quos ego dixi esse Articulos pluralis recti Articuli I, sententiam meā vehementer confirmare videntur. Cum enim dicant in voce Delli remotis Ili reliquum esse De, ut in voce Quelli reiectis Ili restat Que (quod exemplum non facit ad rem, est enim simplicis vocis hoc vero, quod eo exemplo confirmare student, est ex obliqui nota & Articulo inunctum) tamen asserunt vocalem finalem I subintrasse in eam vocalem, videlicet E, quæ remansit in voce De, quod verum quidem est, & exploratum. Et plerique, quibus ego assentior, addunt eius rei causa, Apostrophum De' adde quod pro Artic. I, in recto plurali sepius dicitur E. Quamobrem si quid delendum est in his Obliquis formandis, quod sanè est faciendum, fiat litura quam cocui: & habeat sibi unusquisque Articulus suos Obliquos, & numeros, ut primo libro diximus proprios ac peculiare, nec sit ulla vox quæ variatio alterius appelletur

pelletur, quæ per se tamen existit, si quis accurate, ac diligenter negotium totum animaduerbat, ac perspicat. Nunc itaque his relictis, ad collocationem harum vocum aperiendam accedamus.

DE COLLOCATIONE ARTICVLORVM.

ANTE QUAM præcipua singulorum Articulorum loca aperiamus, dicendum est prius in vniuersum, Quam vim habeat in oratione Articulus: & circa Quando in oratione locari debeat, & quam sedem potissimum sortiatur.

Quam vim habeat Articulus.

SI quis diligenter attenderit originem vocis huius, quam vocamus Articulum, videbit illius vim esse, ut quod in vniuersum, & populariter alias dictum intelligeretur, id ipsum ad certam quampiam notionem, præcipuamq; ac particularem demonstrationem reuocatum eius additione cognoscatur. Est autem Articulus uterque virili generis à Demonstratio Pronomine derivatum primis duabus litteris inde sublatis, videlicet Q & V, ut ex QUELLO fiat ELLO: ex his igitur syllabis sciuntis nascuntur Articuli EL & LO: in primo mutata E in I unde IL, quamvis derivationis suæ vestigia adhuc etiam in ore vulgi habeantur: ubique enim audies EL pronuntiari potius, quam IL. quod, ut apud bonos auctores non inuenitur, ita nec ratio probat: Sunt etenim in omni oratione, quantum quisque possit, fugienda æquiuoca & amphibola, & auribus, quatenus liceat, est consulendum. Gravior quippe est sonus IL, neque inde amphibolum nasci potest; quemadmodum si dixeris EL, quod idem est ac Articulus, & copulativa particula Et il. quamobrem si dicas EL CIELO non satis per se apparet nisi ex aliis coniunctis in oratione, virum Articulum simplex, an iam particula & copulatum posueris: &

„ E'l ciel tener con semplici parole.

Valet enim ET IL CIEL. quamuis non desint, qui affirmant digno sci hanc iuncturam vocum interiecta nota & affixo apice Apostrophæ E'l. quam scripturam, ut non improbo, ita nec necessariam puto: cū satis per se cognoscatur, nec cum alia uoce confundi possit,

Sed ut eo unde digressus sum, redeam: quam vim habeat articulus iam erit planum & apertum, si ex eodem fonte, unde manavit eius nomen, duxisse etiam significationē animaduertemus. Cuius rei testimonia apud optimos auctores passim habemus, qui Articuli loco primitiuam illam uocem, unde ductum est: non sine ingenti elegantia posuerunt. ut

„ Quell' antico mio dolce empio signore.

que sequuntur.

Quid enim aliud valet Quel signore: nisi il signore: vide illi nulum sequi Pronomen, quod Demonstratiuo præmisso respondeat, ut

„ Quel ch' infinita prouidenza, & arte. vel

„ Quel foco, ch'io pensai, che fosse spento. vel

„ Quel rosignuol, che si soaue piange. &

„ Quel Sol, che mi mostraua il cammin destro.

Et denique innumera, que prætereo sciens. At in hoc loco nihil habes quod respondeat. nam ita est ordo.

Io fatto, id est. Poi che hebbi fatto citare quell' antico signor mio id est. il signor mio antico dauanti alla Reïna, che id est, La quale Reïna tiene la parte diuina di nostra salute, mi rappresento iui.

Apertius id cognoscitur paulo inferius, ubi, & Demonstratiuum primitiuam, & Articulum simul collocat ubi ait.

„ Misero, a che quel chiaro ingegno altero,

„ E l'altre doti a me date dal cielo?

Id est: L'ingegno, e le doti, Habet sanè maiorem Emphasim, Quel

Quel. Sed tamen idem esse quod Lo, vide ex eo quod sequitur, nam non dixit Et quelle: sed Le. Quod tamen idem valet: certe enim habet Articulus hanc vim demonstrandæ; sed idem poeta paulo inferius idem facit in Articulo muliebris generis, quod ex secunda uoce eiusmodi Demonstratiui pronominis ducitur, ablatâ priori syllaba, ut ex QVELLA fiat LA. inquit igitur.

„ Ch'al fine uinta fu quell' infinita

„ Mia patientia, e'n odio hebbi la vita.

Quid enim aliud est QVELLA nisi LA? valet enim l'infinita patientia mia.

Reddit igitur Articulus id, quod commune est, proprium: & certam, & præcipuam rei, de qua loquimur, cognitionem demonstrat. Exempli gratia nõ à superiori exemplo discedamus: aliud est si dicas signore, nullo affixo Articulo aliud uero si dicas Il signore appposito illi Articulo sui generis, dicendo enim (uerbi gratia) Egli è signore, communem illum facis multis, & in uniuersum de eo loqueris, ut pote qui aliquo in loco eandem imperij potestatem habeat, quæ multi alij varijs in locis habent. Cum uero dicas, Egli è il signore, iam non de communitate illa imperij loqueris, sed de præcipua quadam possessione, quæ non cum alijs communem ipse solus habet. Non igitur loquetur recte subditus si uideas prætereuntem aliquem externum hominem, imperio insignem, digito in illum innuens dicat alijs, Quello è il signore, sed Quello è signore: at si suum inspiciat, recte tunc dicere poterit Quello è il signore,

Pariratione si dicas Io non ho danari: participem te significas fortuna multorum, quibus non est pecunia: at si dicas Io non ho i danari, nullius te fortuna mortalium affinem facis, neque auro te carere significas: sed in ea tantum re scienda, de qua inter te, & amicis sermo fuit, non habere apud te pecuniam, quæ pro eius rei commutatione est necessaria, & de qua inter te, & illum conuenit, sed alio exemplo conuenit finem faciam.

Vide hanc differentiam in uersis uocibus sæpius à nobis, natura dicitur, seruari. Nam si exempli gratia de iudice tuo loquaris alicui, dices Io ho uisitato il Giudice, Io ho scritto al Giudice, & alia eiusmodi, quæ recte cum sit iudex, uel publice, uel priuatim iudex, dicta sunt.

sunt: quousi ipsum alloquaris, & ut fieri solet controuersari aliquando & altercari necesse fuerit, dicis tunc Ve Giudice, che voi siete, non Ve il Giudice, che voi siete, & tamen est tuus idemq; iudex de quo antea dixeras. Ratio autem est, quod in postrema hac locutione non significas imperium, & potestatem, quam ille in te habeat, minime cum alijs communem, de qua superius dixeras, sed officium Iudicis cum alijs omnibus sibi commune, quod ille male demonstrans, merito sit reprehendendus: unde id est, ac si dicas, Ve come voi fate l'ufficio di Giudice, id est, Vi portate vn poco stranamente. est etiam à Latinis usurpatum ponere Iudicem pro officio iudicis. dicunt enim Eia vide quomodo Iudicem agis.

Item, ei non ha ingegno. Ei non ha l'ingegno. diuersa sunt. Ibi enim in vniuersum ingenio nullo præditum hominem significas: hic vero ingenium illius, alioqui optimum, in ea tantum re necessarium & ad eam rem perficiendam accommodatum, de qua sermo fuit, exempli gratia ad litteras, ad rem familiarem curandam, ad Rempublicam regendam aptum, ostenderes desiderari.

Atque hinc liquido cognoscitur, illos non bene loqui, cum dicunt i prigioni son priuati di liberta. Neque enim carcere occluditur aliud, præter corpus; quod & si cruciatur, animus tamen liber est, ut Stoici docent, nec intra septa parietum continetur, ut corpus: quemadmodum Horat.

„ Dum peregre est animus sine corpore velox
Nec ferè, præter lumen ipsum, aliud vetat & prohibet custodia carceris,
unde Dactylus apud Ouid.

„ Non possidet aera Minos.
Et captiuus ille Plautinus animo se liberum affirmare non dubitauit. quamobrem dicendum erat. i prigioni sono priuati della liberta. De ea enim tunc intelligitur, qua priuari quis potest, qui ea fortuna prematur, videlicet abeundi, quo velit, & alia his similia officia corporis faciendi. At contra si dixerint Gli amanti sono priuati di liberta, recte dixerint: animo enim præcipue dominatur amor, unde illud

„ Anima est amica Amanti.
cui comitatur corpus, unde in Phædriam suam Parmeno Terentianus ita inuehitur.

„ Atque ubi pati non poteris ultro ad eam venies
„ Indicans te amare, & ferre non posse.

Q

Quamobrem omni libertate orbati cum sint amantes, iure dicendum est di liberta, ut id aperiens Petrarca de se dicebat:

„ Così tutto mi spoglia
„ Di liberta, questo crudel ch'è accuso.

Quod si etiam dixeris Gli amanti son priuati della liberta, non omnino male locutus esse videberis, nam, & si longe minorem significationem inde elicere quis poterit, quia pauciora in ea locutione complecteris erit tamen sensus, non omnis sed ea illos libertate esse spoliatos, qua se ab amoribus vindicent, Temperantia scilicet, qua sola obstruere iter poterat amoribus, & tamquam munire validissimis propugnaculis pectus, ne eo penetraret amor, & impetu facto tandem imperio libere potiretur, de qua libertate Petrarca sentit in his verbis.

„ Non hebbe tanto ne vigor, ne spatio,
„ Che potesse al bisogno prender l'arme.

unde etiam recte in hac locutione additur Pronomen possessiuum MIA vt Della mia liberta, ut ostendant potentia (vt auunt) communem hæc cum omnibus hominibus libertatem, propriam vero iam effectam actus (vt loquuntur) & habitu, amorem depopulatum esse, de qua poeta idem

„ Era la mia virtù al cor ristretta.

Sed nunc philosophari non placet. illic unde abij, redes.

Quia igitur, quæ in vniuersum significant, & late patent in vniuersa priuata certamq; ac propriam significationem contrahuntur accessione Articuli, inuadendum erit per eandem rationem, quia plurimum communitas contrahitur in his vocibus, quæ genera significant, & species, ideo eis Articulos affigi necessario debere, cum vtiuntur ijs in significatione generis vel speciei, in subiecto, non in predicato, nisi tamen conuertantur, exempli gratia: Lo animale è sostanza, & L'huomo è animale, non Lo animale è la sostanza. nec L'huomo è lo animale. quia definitio est per communiora, quibus si affigeretur Articulus æquaretur predicatum cum subiecto & conuerteretur, ut in hac Propositione. Il cane è animal fedele, potest addi Articulus predicato, quia vox illa generis Animal, accessione vocis Fedele, vt subalternum genus, migrat in speciem, & conuertitur cum subiecto: ut L' Animal fedele è il cane, licet igitur dicere, il cane è l' Animal fedele.

120

A. S.

At si iisdem nominibus utare, non tanquam speciem, & genus ipsius significantibus: sed utaris tanquam appellationibus rerum, quae sub ijs continentur: non praenittitur articulus: nam descendendo ad speciem, & per multitudinem itur, ut Tien tu cauallo? nisi de proprio, ac suo loquaris, ut prestami il cauallo: non Prestami cauallo. Possimus etiam dicere Tien tu il cauallo? sed in alia significatione, videmur etenim praesignificare illum consueuisse alere equum, aut ad eum pertinere id facere. & proprium illius esse. ita venator inquit, Io ho cani, & Vccelli. & seruis praecipiens ait: Togli i cani, & gli Vccelli.

Item, Non è huomo, che non piangesse, in vniuersum dicitur de quocunque: iccirco Articulo caret, at in illo, Quanto piu l'huomo l'accarezza, tanto piu egli inritrosisce: quia non de quocunque, sed de eo tantum dicitur, qui hac humanitate utatur. iccirco Articulum habet. Egli non è tigre, ne lione che non fosse manco crudele di lui: nullum habet Articulum: quia in vniuersum dicitur de quocunque individuo (ut aiunt) tigris, aut leonis. At contra in numero multitudinis: i tigris, & i leoni sariano manco crudeli, quare cum Articulo dicitur? Quia multitudinis numerus speciei aequipollet (ut ita dicam.) species autem diximus poscere Articulos. Vide autem quam accurate seruata sit regula Dialecticorum, ut enim descendentes ad specialissima, necesse est diuidentem per multitudinem ire, sic ascendentes ad generalissima, necesse est colligere multitudinem in vnum: atque ita designamus speciem tigris, & leonis, & tamquam speciei, Articulos praefigimus.

Age vero, ut ad leuiora studia accedamus. quare dicimus Metti in capo, cum iubemus quempiam operire caput: cum vero in ea parte corporis, morbo laboramus, non dicimus Ho male in capo, sed Ho male nel capo? facillimum est respondere, aut per eandem regulam, est enim primum illud commune, ut totum caput operiendum esse dicitur, quod ex praepositione IN: quae ibi non significat intus, se à super liquido cognoscitur: secundum vero non totum, sed quandam eius partem aegrotare significat, quod ex praepositione articulata cognoscitur, quae loci ingressum habet, unde primum illud tanquam commune: caret Articulo, secundum vero: ut magis praecipuum, ac peculiare, Articulum habet, inde igitur manant illae locutiones.

Metti in capo,

Ho male nel capo.

Poni

Poni in testa.	è ferito nella testa.
Reca in tauola.	Il suo piacere è nella tauola.
Piglia in mano.	Si duole nella mano.
Togli in braccio.	Ha forza nel braccio.
Recati tuo sacco in collo.	Ha male nel collo.
Metti in dosso.	Sente dolore nel dosso.
Leua in spalla.	si duole nella spalla.
Metti in piedi, in gamba.	Ha male nel pie: nella gamba

Quo in loco obseruari debet praepositionem loci eandem in uoce non esse cum Articulo, & absque Articulo. Est enim cum Articulo NE: quod antiqui dicebant INE: cuius extant vulgo vestigia in pronuntiatione unde reiecta I restat NE: at contra carebit Articulo IN quae Articulum non patitur, nisi addita particula S V, ut IN sul' capo. IN su la testa & similia.

Aut responderi potest iccirco non exprimi Articulum (quod verius potest) quia in hanc praepositionem IN subintrat Articulum, quem ipsa trahit secum significatione. id patet ex eo quod si remota praepositione IN ponas eadem nomina, tunc necesse erit addere Articulos, ut

Cuopri il capo. la testa.

Acconcia la tauola.

Porgi la mano.

distendi il braccio.

Muouu il piede.

china la spalla.

& similia. Quod idem respondetur in ijs locutionibus IN chiesà. IN casa. IN palazzo. IN piazza. Quae idem valent: ac si dicas Nella chiesà. Nella casa. Nel palazzo. Nella piazza.

Idem usu uenit in Prae. PER: quae etiam absque Articulo officium Articuli facit: ut per palazzo. per casa. per piazza. & per palazzo. per la piazza. Remoue Praepositiones: sed maneas in eadem significatione particularis rei (ut ita nunc loquar) semper addatur Articulum. ut spazza la casa. frequenta la piazza. visita la chiesà. edifica il palazzo. At muta significationem: & in uniuersum loquere, remouetur etiam Articulum: ut Non ui rimae ne casa: ne tetto: non che palazzo, o Chiesà: & Quest' edificio ha forma piu tosto di chiesà, che di palazzo: & Fiorenza è piena di gran palagi e di Chiese.

Item

Item prepositiones A, DI, & DA relinquunt communem Articulum in vocibus notis, ut LE mani a cintola, vel Alla cintola. Il braccio a collo, la catena al collo. il bambino a petto, & la fascia al petto. Sed vide diuersam esse significationem, nam quod manet, poscit Articulum, ut LA fascia al petto, quod it, reditq; non poscit, ut il bambino a petto.

- „ Non mi sarebbe al petto quella pena.
 „ Non con altro romor di petto danfi.

A casa, A palazzo. & Da casa, & Da palazzo: Item A Chiesa: A città, Da chiesa, Da Città. sed hoc nimis durum quia nunquam erunt nota appellatiua, quæ proprium habent, ut A San Giouanni, A Fiorenza, propria appellatiuorum (quæ diximus) Chiesa, & Città, quæ propria cum per se sint nota, & particularia, & priuata, non egent auxilio Articuli, ut appellatiua illa Città, & Chiesa, cum ex vniuersali migrent in particulare, vnde dicitur, LA città, e la chiesa.

sed tamen in vocibus appellatiuis, si quid per se notum elucescit, ne esse non est inuigendo illas cum prepositionibus Articulum ponere: satis enim intelligitur cum inquis IO VO a casa, de qua domo loquaris, de tua scilicet: Et IO VO a palazzo, de curia te loqui. Quod autem verum sit, niuta numerum, videbisq; iam facta esse vniuersalia, neque proprium aliquid clarescere. quod ut fugias non dicit: IO VO a chiese, IO vengo da chiese, IO torno da case, hic enim nihil est quod notum esse possit per se. sed, IO vengo dalle chiese. IO torno dalle case. Quo articulo addito præmonstras nota loca vnde venias. ut contra si dicas. Sono itato per chiese. Per case. per palazzi, ut Petr.

- „ Per oro, per cittadi, o per castella.

nihil proprium loqueris, aut notum, sed vniuersale: & commune. sed neque solum mutando numerum sunt ignota: & incerta hæc: que cum prepositionibus sunt per se nota: ut sotto casa. intorno a casa. sed etiam, si seruato numero prepositiones remoueas: ignota fierent. vnde non dices de tuis adibus loquens. Casa mi colta assai: nequa
 veggio

veggio casa, sed La casa mi costa assai, & Veggio la casa. neque enim est vniuersale id, de quo loqueris, quod cum per se non innotescat, eget auxilio Articuli.

Quos articulos si minus volueris ponere, satis licebit per Pronomen possessiuum id exprimere, eritq; idem Veggio la casa, quod Veggio casa mia, vostra, nostra, tua, sua. nam si cum amicis interfaciens illorum ades petiturus, illis intuitus dixeris, IO veggio la casa idem est, ac si dicas IO veggio vostra casa. Petrar.

- „ Un dubbio verno, vn'instabil sereno
 „ E vostra fama, e poca nebbia il rompe. idem
 „ Però chi di suo stato cura, o teme
 „ Proueggia ben, mentr'è l'arbitrio intero,
 „ Fondare in luogo stabile sua sperme.

Idem collocavit nomina modo cum articulo, modo cum Pronomine in eodẽ numero, vnde perspicui potest, parem esse vim illorum: ait enim

- „ Passan vostri trionfi, e vostre pompe;
 „ Passan le signorie, passano i regni.

Additur etiam his nominibus cum pronomine possessiuo Articulus.

- „ Mentr'emendar potete il vostro fallo.
 „ Ma le vostre eloquenze, e' vostri ingegni.

Cum igitur ex hac disputatione planum factum sit accessione Articuli fieri nomina ex vniuersalibus (ut ita nunc loquar) particularia, perspicuum etiam erit, cur (quod multos scriptores diu torsit) dicendum sit, La vesta del panno & l'immagine dell'argento, la tazza dell'oro, il bicchier del christallo, il mortaio della pietra, & alia his similia: quia plura vocabula ad eandem rem spectantia, diuersa inter se esse non possunt, & si in diuersis casibus posita. Quãobrem quia vox Imagine alioqui communis, & appellatiua, accessione Articuli facta est particularis, & vni soli conuenit, iccirco Obliquus Argento, qui inde regitur, quia ad eandem rem spectat, tamquam materies pro materiato, non enim materiam illam, ut materiam considero, sed ut imaginem, quæ ex ea materia constata fuit, iccirco ex communi particulare etiam est faciendum præmissis articulo, atque ita si recte loqui cupias, tunc dicendum est.

La veste del panno. Il mantello della rascia. il saio del velluto, non la veste di panno. il saio di velluto. *quod si obliquo subtrahere citra culpam velis articulum, recto etiam erit subtrahendum, ut Vna veste di panno, Vn saio di velluto. est enim Regula (vt dixi) quod praemisso Articulo superiori voci, praemittitur etiam sequenti, quae inde regitur, vt*

- „ Contando i casi della vita nostra.
 „ Che la strada del cielo hanno smarrita.

non dixit La strada di Cielo. quod fecisset si in primo casu nullus praecessisset Articulus, vt

- „ E qual'è dritta via di gire al cielo.

Quia in casu via nullus erat Articulus, nec etiam fuit in obliquo Digir. vt

- „ D'alta eloquenza si soani fiumi.

Hinc dicimus Ad hora di mangiare, vel All' hora del mangiare.

Fallere videtur haec regula: Fallit sanè; sed ratio etiam perspicitur & aperta.

- „ Erano i capei d'oro a l'aura sparsi.

Si enim perspicuas videbis hoc exemplum non esse simile superiori. nam obliquus ille D'oro non est materies pro materiato, neque enim erat auro conflati crines, sed auro similes. vnde in eo fallit regula. Inde dicimus. Le mani d'auorio. Gl'occhi d'aquila, il collo di colomba, id est, simile all'aquila, & alla colomba, & alla bianchezza dell'auorio.

Fallit etiam in omnibus proprijs, vnde dicimus I trionfi di Roma. remoue proprium, & pone appellatiuum erit. I trionfi della città, ita La vittoria di Cesare, La rotta di Pompeo. remoue propria, & pone appellatiua, erit La vittoria dell'Imperatore, La morte del capitano. Excipe nomina muliebris generis, quae
vel

vel cum Articulo, vel absque Articulo poni possunt, vt La bontà di Fiammetta, vel La bontà della Fiammetta. nisi fama multis saeculis inueterata cognita fuerit. nam tunc insulse diceretur La castità della Lucretia. nec enim, vt nota sit, Articuli ope vlla eget, nec si, vt in superiori addetur, venustatem vllam, & leporem orationi conciliat praeter haec seruanda semper est regula, quam docuit: nam aut Articulus praemittitur obliquo, aut aliud quidpiam, quod eam vim habeat, vt

- „ Voi ch'ascoltate in rime sparse il suono
 „ Di quei sospiri,

Il suono di quei sospiri. vbi Quei agit partes Articuli. ita etiam Questi, vt

- „ E vedra'l vaneggiar di questi lustrì.

Age vero, praemissos casus absque Articulo, non sequuntur semper alij, qui inde regantur spoliati articulo, vt

- „ Io pur ascolto, & non odo nouella
 „ Della dolce, & amata mia nemica. &
 „ O speranza, o desir sempre fallace,
 „ E de gli amanti piu ben per vn cento.

Dicitur autem Nouella della nemica. Speranza de gli amanti. non ita est, sed obserua hos casus a superioribus quidem non regi, vt videtur, sed aliunde: ob quam rem nihil admissum est contra regula. nam a Nouella non regitur Della nemica ne forte credas narrare eam debuisse fabulam Poeta ipsi sicuti dicitur Nouella della Fiammetta: sed a verbo Odo, & est obliquus materia, vnde inquit Io non odo della mia nemica nouella alcuna, vt Latini dicunt DE, & super vt de caesaris obitu nihil audiui. De rebus in Aphric gestis ne nuncium quidem habui, ita & De gli amanti non regitur a praemisso casu O speranza, quod vocabulum vniuersaliter ibi (vt patet) accipitur à poeta; sed ab eodem quod particulari-

ter repetitur. particulare autem esse ostenditur in ea voce E, quæ valet præsertim, id est, e tu particolarmente, o speranza de gli-amanti, ben. id est veramente fallace piu dell'altre per ogniuno cento. & quæ seq. Porrò per se ipsa quæ nata sunt non egent articulo. Adde quod si velis huic voci præfigere Articulum, ne queas: caret enim Articulus vocandi Casu, nihil igitur contra Regulam Præterea cum dicimus Trassei la corona di testa: Cauosfi la berretta di capo. obliqui illi di testa, e di capo: non sunt casus generandi, qui regantur à Substantiuis Berretta, e Corona, nã præmitterent Articulos: sed casus sextus qui regitur à Præpositione Di qui significat motum de loco, & regitur à verbo. Vide igitur seruatum esse regulam apud bonos auctores.

„ Greci, che già di Lauro ornar la fronte. Dan.

Quod vero Appellatiuis sapius addimus hanc vocem Vno, vel Vna non credat iccirco aliquis ea nomina facta esse particularia, sicuti si additus esset Articulus, neque enim aliam vim habet vnus, vel Vna, quàm singularem numerum exprimendi: eaq; de causa frequentissime ponimus hanc vocem ante Appellatiua, & inter Articulos in cõstructione: nihil minus tamen notum nobis est, qui sit hic ipse vnus de quo loquamur: est enim vnus è multis. quod, scilicet vnum esse è multis, omnibus, quæ in ea multitudine numerantur, potest contingere. Aliud igitur est dicere, Mandami il seruo, aliud Mandami vn seruo. hic etenim neminem certum præscribimus: vnde poterit vnusquisque, vt fors tulerit, officium hoc facere: illic autem præsignificauimus hero, qui sit è multis mittendus, qui s. hoc muneris obire alias consuevit. Obliquis igitur, qui regantur ex his vocibus iunctis cum nomine Vno non est addendus Articulus. vnde dicitur Vn libro di Filosofia, nã Vn libro della Filosofia. Vn cinto d'oro, non Vn cinto del Porro. Itẽ Vna corona d'alloro, non Vna corona dell'Allo ro. Vna casa di terra, non Vna casa della terra.

Illud etiam obseruandum, cum plures obliqui, aut recti substantiui per particulam ET copulantur, tunc & signis obliquorum, & Articulis eodem modo ornari debet seorsum vnusquisque suo, quem possit nec sub vno Articulo omnes si eiusdem generis sunt, nec sub vna tantum nota obliqui, vt multi faciunt: exempli gratia, Di lettere, e honori, cum dici debeat Di lettere, e d'honori.

Di

- „ Di poema chiarissimo, e d'istoria.
- „ Di disdegno, di ferro, e di pietate.
- „ O tu donna, che vai
- „ Di giouentute, e di bellezza altera.

Vide vnicuique Obliquo præfixam notam suam absque Articulo, vt dicendum sit Il Prencipe di Fiorenza, e di Siena, non Di Fiorenza, e Siena. at vide exemplum cum signo, & Articulo:

- „ Vedi Sichen e'l suo sangue ch'è meschio
- „ Della circoncision, e della morte.

In casu accusandi vide exemplum cum Articulis.

- „ Tu parto ristì'l fonte di pietade.
- „ E di giustitia il Sol.

Item.

- „ Io ho condotto al fin la gente Greca,
- „ E la Troiana, a l'ultimo i Romani.

Vide absque Articulo, vbi habes Polysyndeton.

- „ Vergine i' sacro, e purgo
- „ Al tuo nome, e pensieri, e' ngegno, e stile.

Idem in Obliquis cum Præpositione, & Articulo.

- „ Non con altr' arme, che col cor pudico,
- „ E col bel viso, e co pensieri schiui,
- „ Col parlar saggio, e d'honestate amico.

Vide idipsum in redditiõibus seruari, sed exemplum clariss accibe.

N 3 Vn

- „ Vn Curio & vn Fabritio assai piu belli
 „ Con la lor pouertà, che Mida, o Crasso.
 „ Con l'oro, ond' a virtù furon ribelli.

Vide exemptum absque Articulo.

- „ Con dolce lingua, e con fronte serena. item
 „ Poi con gran subbio, e con mirabil fusso.

Vnde illud.

- „ Ma col cor tristo, e con turbato ciglio.

per Euphoniā dicitur cum Articulo Col cor cum dicendum esset Con. sed vitatur Disphonia. certè valet Con tristo core. sed peritiores viderint, an potius erratum sit in sequenti voce Con turbato, ut legendum sit Col turbato, ut idem Poi col ciglio men torbido, e men fosco, ex hac obseruatione excipe figuratas locutiones, ut in illo

- „ Con venti auuersi, & intelletti vaghi.

ibi enim est Tautologia, vbi particula copulatiua habet vim exponendi: aperit enim Metaphoram antecedentis vocis Venti, & Auuersi. per quam significatur sequentes voces Intelletti vaghi. valet igitur Et idem quod Cioè: Latine id est. quāobrem non erat necessarium repetere præpositionem in re, quæ si minus voce, sensu tamen eadem erat.

At vide seruari regulam in ijs, quæ per enallagen diuersis Casibus ponuntur, ut Latine.

- „ Cum s' satis, arbusta trahit.

id est sata & arbusta; nam si vni erit præfixus Articulo, non carebit eo alter.

Col

- „ Col fin delle parole i passi volse.
 „ E col tempo dispensa le parole.

idem exemplum habes.

- „ Che come crebber l'arti.
 „ Crebbe l'inuidia, & col saper insieme
 „ Ne' cuori enfiati i suoi veneni sparti.

id est, crebbe il sapere, & il veneno dell'inuidia seco insieme.

Excipiuntur etiam copulata, inter quæ sit proprium nomen per Metaphoram aliud quidpiam significans, & appellatiuum: huic enim additur Articulo, illi subtrahitur, ut

- „ Medusa, e l'error mio m'han fatto vn sasso.

non la Medusa, e l'error. idem seruatur etiam, si in proprio nomine Metaphora non fuerit, ut.

- „ Quella, che per lo suo diletto, e fido
 „ Sposo, non per Enea vols'ire al fine.

vide, Per lo sposo, non per Enea.

Voces per Appositionem reijciunt Articulum, ut

- „ Gli odi, e gli sdegni
 „ Venti contrarij a la vita serena.

Ita etiam.

- „ Con piu altri dannati a simil croce:
 „ Gente, cui per amar viuer increbbe.

Piu altri Gente Appositue, est enim collectiuum nomen, quod cum superiori iccirco aptissime iungitur, item.

N 4 Poi

- „ Poi vidi Herfilia con le sue Sabine,
 „ Schiera, che del suo nome empie ogni libro.

Sabine, Schiera eodem modo quo supra.

- „ Belo, doue riman, fonte d'errore?

In attributis ponitur Articulus

- „ Non se' tu Odorisi L'honor d'Agobbio?

Vnde Adiectiua hoc modo recipiunt Articulum,

- „ Non fia Giudit la vedouetta ardit. & que seq.

Et cum plura aggregantur, vni tantum datur Articulus.

- „ Giudit Hebraea la saggia, casta, e forte.

Synecdoche tribuens casus nomini, Græcorum more, præmittit Articulos, vt

- „ Pien di Filosofia la lingua, e l'petto.
 „ Vergine bruna i begli occhi, e le chiome.

In descriptionibus aliquando neque subiecto, neque prædicato datur Articulus.

- „ Poch' eran. perche rara è vera gloria.
 „ Gran giustitia a gli amanti è graue offesa.

Aliquando subiecto tantum, vt

- „ La Morte è fin d'una prigione oscura.

Aliquando vtrunque, præsertim cum conuertuntur: de quo superius vidimus.

Partitio

Partitio si vni partium addit Articulum, præmittit etiam alteri, vt

- „ Fu contenta co'stei lasciarmi il regno:
 „ Io'l mio diletto, e questi la sua vita.

In prolepsi præmittitur Articulus voci explicanti, explicatis retinetur, vt

- „ Rotte l'arme d'Amore, arco, e saette.

Vide in voce Arme præmitti Articulum. ab ea autem explicatis nullum dari. ita apud eundem in longa illa narratione, vbi pudicitia socias virtutes, tamquam ancillas, ac pedissequas se ipsam sequentes explicat, ait enim.

- „ Armate eran con lei tutte le sue
 „ Chiare virtuti, o gloriosa schiera,
 „ E teneansi per mano a due a due.
 „ Honestate, e Vergogna a la front'era.

Quæ seq. Vide explicanti addi Articulum Le virtù, explicatis remoueri Honestate, e Vergogna, & alijs multis quæ seq. Habito, diletto, senno, e Modestia: & alia. postrema vero disiunxit à serie superius narratorum nominum: coniunxit autem cum prima illa voce Le virtù, vnde Articulum ei dedit, vide quàm eleganter.

- „ E la Concordia, che è si rara al mondo,
 „ V'era con castità somma Beltate.

Atque ita construxit Con lei, id est con la pudicitia erano armate tutte le sue chiare virtuti (quas binas coniunxit, vt longo periodo legitur) E v'era, id est Intra le chiare virtù armate non vi mancaua la Concordia, che è si rara al mondo, quæ periphraستicos ita appellauit cum proprio nomine careat, est autem hæc Concordia,

Castità

castità con somma beltate, *ut sit descriptio quemadmodum paulo ante docuimus habens articulum in subiecto.* La concordia, che è si rara al mondo è castità con somma beltate. *intra illud Lis est cum forma magna pudicitie, ut Iuue.*

- „ Rara adeo est concordia formæ,
„ Atque pudicitie.

Si premissio non datur Articulus, neque eius postremis dabitur, ut contra, si premissio, ita & postremis.

- „ Tre dolci, e cari nomi ha'n te raccolti
„ Madre, figliuola, e sposa.

Ha vedute le piu belle parti del mondo, l'Italia, la Francia, e l'Isogna.

Localia sibi respondentia si appellatiua sunt Articulum exigunt, ut

- „ Portò dal fiume al Tempio acqua col cribro.

Localia, quæ sibi respondent, sunt Dal fiume al Tempio. Nomina propria virorum non recipiunt Articulum

- „ Volsimi da man destra, e vidi Plato.

Aliquando tamen per Exochon, & soluta oratione, & metro inueniuntur nomina propria virorum cum Articulo

- „ E solo in parte vidi il Saladino.
„ Quel di Luria seguiva il Saladino.
„ Farinata e' l'Hezbollahio, che fur si degni.
„ Iacopo Rusticucci, Arrigo, e' l' Mosca.

Ita il Zerbino, il Lapo. *Preponitur tunc eleganter, cum per Metonymy*

tonymiam accipitur proprium pro Appellatiuo, ut L'Aristotile, il Virgilio, l'Horatio, il cicerone, id est, il libro d'Aristotile, di Virgilio, & eiusmodi. Dammi il Virgilio; Porgimi il Dante. quamuis etiam dicatur in eadem significatione. Ho compro Virgilio, Ho letto Dante, & Ho mercatato vn Dante, & compro vn Virgilio.

- „ Vn Regolo, vn Fabritio assai piu belli.

Metonymiam absque Articulis habes in carmine sì lo notissimo.

- „ Silla, Mario, Neron, Gaio, e Mezentio.

His enim nominibus seua, atrociq; supplicia significantur, qualia fuerunt tyrannorum eiusmodi. mutato numero ponitur semper Articulus. i Neroni, gli Aristotili, i Platoni, Sunt enim appellatiua nomina, seuo atrociq; ingenio homines, aut doctos significantia, ita illud in minori numero.


- „ Che lunge vide, e fu veramente Argo.

Premititur Articulus, si epithetum commune addatur, ut il buon Piero, l' Amoreuol Giouanni.

- „ Iui era il curioso Diccarco.
„ Vedi l'buon Marco d'ogni laude degno.
„ E vissi a Roma sotto'l buono Augusto.
„ Hor mira il fero Herode.
„ Oue e' l'gran Mithridate?

sed A dictiui, non proprii, est Articulus, nec semper premititur Articulus, addito epitheto, sed tantum si priorem locum habeat in structura orationis epithetum, ut videmus. nam si posteriorem habuerit locum, omittitur, ut Neron crudo, Venere bella.

- „ Nerone il terzo dispietato, e' ngiusto.



IL est *Articulus ordinalis nominis, nihil pertinens ad ea, quae seq.*

- » *Semiramis, e Bibli, e Mirra ria.*
- » *Vedi Venere bella, e con lei Marte*
- » *Cinto di ferro i pie, le gambe, e'l petto.*

vt contra

- » *Non la bella Romana, che col ferro, &c.*
- » *Vedi Giunon gelosa, e'l biondo Apollo.*
- » *Vidi'l giusto Ezechia, e Sanson guasto.*

Nisi quae distinctionis gratia adduntur, vt Scipione il maggiore, Scipione il minore: vel attributa, & propria, de quibus paulo ante diximus.

Haec autem epitheta, quae recipiunt Articulum praeposita nominibus proprijs migrare possunt in substantiuum, & proprium nomen generandi Casu positum post se regere, vt il miserello d'Ipolito, ita Il cattiuello catilina, vel il cattiuello di Catilina. qui est elegantior, & magis verus modus dicendi.

Honoris nomina, vt Papa, Monsignore, messere, donna, madonna, madama, monna, Don, seu donno, maestro, Frate, vel Fra, Santo, vel San, Santa, ser. praeposita nominibus proprijs nullum exigunt Articulum. vt Papa Pio V. monsignor Antonio Altouiti.

- » *Guitton Saluti, e Messer Cino, e Dante.*

Donna Giulia, madonna Gineura, madama caterina Medici, monna Francesca, don siluano, Donn' agostino, maestro mauro, frate ambrogio, Fra Piero, Santo Antonio, San Francesco, Ser Giouanni. quae aliquando duplicantur, vt messer S. Piero, madonna santa maria. seiuncta ab alijs nominibus recipiunt pleraque Articulum il Papa, la madonna, il maestro, il Frate, il sere, il messere. quaedam non exigunt Articulum, vt monsignor di Fiesole, messere di santa maria nuoua quod etiam exigit, vt Il messer di s. marco, madama di Francia: & eiusmodi alia.

Appellativa nomina magistratum, officiorumq; Articulum postulant vt il papa, l'imperadore, il Re: il duca, il conte: l'Arciuescouo

scouo, & alia eiusmodi, nisi sit praedicatum, vt cesare fu imperadore: Alessandro medici fu Duca di Fiorenza. nisi in sensu aliud subintelligatur. vt Piero sarà il Re: carlo l'imperadore. id est aget personam Regis, ille vero Imperatoris: vt actores fabularum, aut ludorum. Articulo etiam iunguntur proprijs nominibus praemissa praeterquam papa vt l'imperador massimiliano 11. il Re Henrico 11. il duca cosimo medici. il conte Hugo della Gherardesca: l'Arciuescouo Antonino: il signor Giulio. idem est quando praefigitur nomen honoris, vt monsignor lo Re: messer lo frate. cum Articulo Lo. & madama la Reina: madama l'imperatrice. si geminantur haec nomina praefigitur Articulus in prima sede, non in media, vt il magnifico messere Pier vettori: l'Eccellentiss. sig. don petro medici.

foeminarum nomina propria Articulum praemittere possunt, vt La Giulia: la Portia. la gineura.

- » *I son colui, che la Ghisola bella,*
- » *La Nella mia col suo pianger dirotto.*
- » *Camilla vidi, e la Pentefilea.*

Nos quidem vulgo ita loquimur, sed in familiaribus colloquijs: nam subintelligitur per eiusmodi Articulum, vel mia sorella: o mia figliuola: o tua: o d'altri. vel quid simile de claris foeminis, etiam quae in praesenti viuant, non ita accidit, cum enim per se notae sunt, non egent Articulo, vt apud Petrarcam videri potest, id enim, aut amplius dixerim illam, quam habent inueneret vulgari hoc modo dicendi, aut ignominiae, vel deridiculi gratia factum putaretur: tamquam de ea loqueremur: cuius nomen lanificio opere cum ancillarum grege faciundo occupatae extra gynaeij limen non dum egressum aliquo penetraverit: aut igitur more vulgi locutus est Danthes in superioribus versibus, aut dedit Articulos partibus, quae cum proprijs nominibus coherent: vt sit Ghisola la bella, sed peritiorum iudicio id relinquo

Regionum nomina in quae sectus est orbis, exigunt Articulos, vt L'Asia: l'Africa l'Europa.

Propria nomina Prouinciarum pleraque praemittunt Articulos: vt L'Italia: la Germania: la francia: la spagna: la scotia: la grecia: & his similia.

Regionum nomina: in quae secantur Prouinciae postulant Articulos. vt La Toscana: la marca: il Piemonte: il Latio: l'Abruzzi.

Insularum

Insularum, ut La sicilia, l'Inghilterra, l'America,
l'Elba

„ *Muonasi la Capraia, e la Gorgona.*

Locorum, ut le campora, le Prata, la chiufa. le
Fornola.

Oppidorum, ut La Mirandola: la castellina, il cairo,
le Pomerancie: le sette chiefe.

Fluminum, ut L'Arno: il Po: il Teuere: il Reno: il Da
nubio.

„ *Sopra'l Teuere, e l'Arno,*
„ *E'l Po, doue doglioso, e graue hor seggio.*

Montium, ut L'Alpe: il giogo: il poggio: il Tauro.

„ *Quando de l'Alpe schermo Pose fra noi.*

Pleraque horum, quæ dixi: ponuntur etiam absque Articulo in car
mine præsertim.

„ *S' Africa pianse, Italia non ne rise*
„ *Si che molt'anni Europa ne sospira.*

Ita et nomina provinciarum, ut

„ *Che se in Germania, e'n Francia tal rouina.*

Et nomina Regionum, ut

„ *Che volse dir lo spirto di Romagna.*

Excipe La Marca, la Morea, il Cattai. quæ non bene absque Ar
ticulo ponuntur. *Insularum nomina*, ut

„ *Fra Sicilia, e Sardigna ruppe, e sparse,*

sed

sed, ut quædam numquam cum Articulo, ut creta. candia,
Andro: Baia: corfu: chio: Lipari: thile: Malta: negropon
te:

„ *Et di Creti, e di Spagna addusser prede.*

„ *Era'l trionfo doue l'onde false*

„ *Percuoton Baia.*

Ita quædam semper cum Articulo, ut l'Elba: il giglio: la ca
praia: la gorgona: le strofade.

„ *Che cacciar de le strofade i Troiani.*

„ *Tra la riuà Toscana, e l'Elba, e'l Giglio.*

Pariter, quæ paulo superius adnotauimus in nominibus proprijs oppido
rum, numquam absque Articulo inuenies.

Fluminum nomina etiam cum Articulo poni docuimus, quæ eleganter
apud Petr. noto illo carmine, sine aliquo Articulo comperies.

„ *Non Tesin, Po, Varo, Arno, Adige, e Tebro.*

„ *Eufrate, Tile, Nilo, Hermo, Indo, e Gange,*

„ *Tana, Histro, Alfeo, Garona, e'l mar che frage,*

„ *Rodano, Hiberno, Ren, Sena, Albia, Hera, Hebro.*

Horum ego, ut quædam absque Articulo poni consueuerunt, quemad
modum est Bisentio, Africo, Mensola: ita etiam quædam in
oratione soluta numquam sine Articulo posita esse obseruauimus, ut La
Magra: la Marina: il Teuero. Præterquam in casu genera
di, ut Val di Magra. Val di Marina. Cætera quæ promiscue,
et cum Articulo, et absque Articulo ponuntur, in soluta oratione re
ctius ac sæpius habere obseruatur: præcipue cum præpositione significan
te statum in loco, ut nel Reno, nel Rodano, nel Tago, nel
serchio, nell'era, nell'Elfa, vulgo tamen dicimus in Pesa,
in Arno, in Mugnone. Pariter cum præpositione significante mo
tum de loco, ut da'l Reno, da'l Tago, et vulgo da Arno,
di Mugnone, di Pesa (di idem est quod DA) di Greue,

MONTIUM

Montium nomina frequenter una cum Appellativo precedente positi consueverunt. ut MONTE CECERI: MONTE BUONI: MONTE MORELLO: MONTE NERO: & his similia.

Maria et iam præmittunt sæpius appellativum (ut apud Latinos) cum eius Articulo: ut il mare Toscano: il mare Adriatico.

„ Dal mar Tirreno alla sinistra riva.

vel in Casu generandi ponitur proprium nomen, ut il mar di Toscana: il mar di costantinopoli. si absque appellativo nomine ponantur præmittunt Articulum: ut L'Egeo: l'Occano.

„ Giace oltra, oue l'Egeo, sospira, e piagne.

„ L'Oceano intra'l Carro, e le Colonne.

DE PROPRIA SEDE ARTICVLORVM IN ORATIONE.



De Articulo IL.

ARTICVLVS IL nominum est incipientium à sola consonante: ut il pane: il sale.

„ E che rapidamente n'abbandona IL mondo.

Et cum Apostropho: ut Antea ostendimus.

„ Ma'l nostro studio è quello,

„ Che fa per fama gl'huomini immortali.

vel est incipientium à pluribus consonantibus: quarum secunda sit R. ut il grido: il tributo: il trionfo.

e della

„ E della vita il trapassar si corto.

Ita in Obliquis, contra affirmantes non inueniri nisi in Recto: sed deletur (ut diximus) vocalis L, ubi est nota Obliqui.

Datiuo.

„ S'al principio risponde il fine, e'l mezzo.

Genitiuo.

„ Del quattordicesimo anno ch'io sospiro.

Accusatiuo.

„ Misera me, che tardi il mio mal seppi.

Ablatiuo.

„ Dal quale hoggi vorrebbe, e non puo aitar me.

Est autem Crasis Græca, ut illi tamà, pro ta emà: ita nos Del pro De il. Al, & Dal, pari modo. nam si non essent hi Obliqui Articuli IL, sed Articuli LO; non seruarietur regula collocationis per se, sed per accidens ob consonantem L, quæ sua vocali O spoliata esset. quod minime verum est. nam deletur L in Obliquis, ut in recto, quod iam nullies probauimus.

In numero multitudinis pariter vide exempla.

„ I di miei piu leggier, che nessun ceruo.

„ I di miei piu torrenti, che saetta.

Et in Obliquis deletur L. (ut diximus libro primo) relicta eorum nota cum Apostropho:

Genitiuo DE.

„ Al variar DE' suoi duri costumi.

Datiuo A.

„ Se risponder s'hauesse A' detti miei.

Accusatiuo I.

„ Chi dopo lascia I suoi di piu sereni,

Ablatiuo DA.

„ Dal collo, e DA' tuo' piedi anchor ribelli

○ vel

vel ponitur integer, ut lib. 1. ostendimus, pag. 3.

„ Da i denti i morsi de la morte auante .

A diectiu a vox Tutto numquam premitit, sed subiungit sibi Articulum quicumque ille sit, si ipsi ponitur ante substantiuum suum, ut Tutto il mondo, non il tutto mondo.

„ Questa è colei, che Tutto il mondo appuzza.

ita etiam vox Ambo, ut Ambo le mani, non le ambo mani.

„ Sopra questo teneua AMBO le piante.

At in obliquis premittunt notas casuum, & Articulos subiiciunt, ut Di tutto il mondo. D'ambo le mani.

„ Da tutti gli altri, e fammi al mondo ir solo.

Antiqui vocibus omnibus virilis generis preponebant Articulum Lo, ut

„ Quanto mal per Lo mondo hoggi si spande.

Thilipin & crasim faciunt NEL, PEL, COL, & NO'L cum Apostropho in singulari.

„ NEL dolce tempo della prima etade.

PEL, raro apud bonos Auctores, sed resoluitur, ut Per lo mondo, potius quam Pel mondo. Va per il pane, potius quam pel pane.

„ COL parlar saggio, e d'honestate amico.

„ Cb'i piango l'altrui noia, e NO'L mio danno.

valgo.

Valgo etiam dicitur SyL: sul tetto, sul fiume. sed rectius Su il tetto, ut pag. 174. diximus. nam sola hac prepositio mono syllaba huic Articulo preponitur. alij scribunt cum Apostropho Su'l, quod valde probandum videtur, ut

„ Qual fior cadea SV'L lembo.

Verumtamen alibi inuenio per Crasim, ut

„ SVL Duro legno, e sotto l'aspre gonne:

Et in plurali non SV, ut vulgo loquuntur per Crasim, sed cum suo Articulo SV I. sui fiumi. sui puntigli d'honore. at illa in hoc numero frequenter NE, PE, CO.

„ Et io pur NE' miei mali Li tenni.

pe' campi, pe' prati: sed rectius. per i campi, per i prati.

„ E COL bel viso, e CO' pensieri schiui.

Non desunt qui contendunt esse scribendum CO I. quam scripturam, ut non improbamus, nempe quæ maiorem habet Emphasin, ita superiorem non negligimus. E, L, pro ET IL, & EN pro ET IN iam diximus.

Prepositus Aduerbiis reddit eas voces nomina, Græco more, ut il come, e'l quando saprete al suo luogo. Il quando sia a tua posta: del come, non ti dare alio impaccio.

„ Che'l di SV tien di sotto. Dant.

„ Parer mi fece vn volgermi al suo doue.

De Articulo Lo.

Articulus LO preponitur habentibus. { consonantes initiales plures duabus,
consonantes duas quarum prima sit S,
initialem vocalem.

- » Ecco LO stral, ond' Amor vuol ch' e' mora.
- » Lo spirito è pronto, ma la carne è stanca.
- » La ne venimmo, e LO scaglione primario.

Pariter in obliquis observabis idem,
Genitivo.

- » De LO spirito vital, che Morte fura.

Dativo.

- » A LO strale, ond' Amor vita ne toglie.

Accusativo.

- » Fanno LO schermo, perche' l' mar si fugga.

Si preponatur incipientibus à vocali, deletur O, & remanet L cum Apostropho, ut

- » L' aspetto sacro della terra vostra.

Idemq; servatur in obliquis, ut
Genitivo.

- » De L' uniuerso, in su che Dite siede.

Dativo.

- » Tessendo vn cerchio a L' oro terso, e crespo?

Accusativo.

- » Che copre L' uno, e L' altro mio parente.

Ablativo.

- » E qual è l' mel temprato con L' assentio.

In maiori numero preponitur iisdem, quibus in minori, ut

Nominativa.

- » Gli Angeli eletti, e l' anime beate.

Genitivo.

- » Si grani i colpi, e frali
- » De gl' huomini mortali.

Dativo.

- » E l' usato tributo a gl' occhi chiede.

Accusativo.

- » Fuggir disposi gl' inuiscati rami,

cum Apostropho, ut supra docuimus pag. 174. Absque Apost.

- » Gli altri ascingasse vn piu cortese Aprile.
- » Con gli altri c' hebber fama li quell' arte.

Frequens fuit antiquis hic Articulus, ita ut poneretur ante voces, quas habet Articulus LI, quæ sunt innumerae. huius antiquæ electionis vestigia extant apud Petr. aliquando ante has dictiones cuor, mio, quale, petto, cui, LO mio libro. Lo quale. Lo cui saper.

- » Ch' i' prouo per lo petto, e per li fianchi.
- » Lo mio cuor, che viuendo in pianto il tenne.

Apud Oratores preponitur diction: Quale Articulus LO, ut LO quale, sed non est in usu.

Et sane multitudinis numero est LI, sed per Praetres apponit G, ut apud Latinos Natus, premissa G, fit GNatus.

Praeterea in minori numero coniunctus cum obliquorum notis geminat L, & si quidam contendunt non ita se habere. At Ioannes Casper, peritiorisque nostri temporis ea utuntur orthographia, quam docui libro I. geminat etiam L coniunctus cum Adverbio loci NE, ut

Nello stare . Nell'andare : *sed si Aduerbiu negandi fuerit, non componitur, sed separatur, Né lo, vt Né lo scolare, Negli itudi suoi ti sono a cuore. Componitur etiam cum præpositione Con vt in superiori Articulo accidit: atque est Collo in sing. & in plurali colli, & si non desunt qui dicant separatim con lo, & in plurali con gli.*

- „ CON GLI animi al suo danno sempre accessi.
 „ CON l'oro; ond'a uirtù furon ribelli.

Subijcitur Præpositioni PER nulla habita ratione initialis sequentis, dummodo sit dictio virilis generis, vt

- „ PER lo secol noioso, in ch'io mi trouo .
 „ Videmì l Duca mio su PER lo balzo .

Supponitur etiam nominibus, quæ honoris ergo Appellatiuis dignitatum præferuntur, vt Messer lo potestà, monsignor lo Re: & proprijs, cuius additur nomen idem dignitatis, vt Massimiliano l'imperadore, & alia quæ supra generaliter de hac collocatione diximus.

Quod vero dicebam paulo ante geminari liquidam iungendo Articulum in Obliquis singularis numeri cum eorum notis, sunt qui fateantur ita esse agendum: sed imitari se dicunt consuetudinem quamuis malam, vt putant neque enim satis apertam opinionis suæ rationem afferre posse videntur, quasi uero magni laboris sit opus in iungendis uocibus animaduertere geminari initials, vt apud Latinos, & Græcos, ita apud nos, vt Battere Abbattere, carezzare Accarezzare, Do mandare Addomandare, Fumicare Affumicare, grauare Aggrauare, Lontanare Allontanare, ministrare Amministrare, & alia mille, quæ nunc non est narrandi locus, ea quippe est in Articulo cum his notis pronuntiatio, vt planum sit etiam ex hoc, ita pronuntiarì debere.

De

De Articulo LA.

Mulieris generis nominibus citra aliquod discrimen, aut contra uersam præponitur LA, vt

- „ Perché LA vita è breue.
 „ LA vita il fine, e' l di loda la sera.

In Obliquis, vt diximus lib. 1. pag. 4. & LIS geminat liquidam in utroque numero, vt

- „ Nel dolce tempo della prima etade.
 „ Che colpa è delle Stelle,
 „ O delle cose belle?

Pariter geminat cum Præpositionibus CO, & NE pro IN, vt NELLA, & COLLA, in singulari COLLE, & NELLE in plurali, Dan.

- „ Sette D NELLA fronte mi descrisse.
 „ NELLA stagion che' l ciel rapido inchina.

Et cum Apostropha,

- „ NELL'età sua piu bella, e piu fiorita.

Et si aliquando uidi in multis codicibus non COLLA, sed CON LA scribi consueuisse, vt Petr.

- „ CON LA lingua possente lego' l Sole.

& Dant.

- „ Pria CON LA bianca, e poscia CON LA gialla.

O 4 Dictio.

Dictionem NE dicimus antea pag. 122 valere IN, & sic ponitur cum Articulo. quod vero quidam ausi sunt locos duos Petrarca castigare ubi IN ante Articulum legebatur, affirmantes se manuscrip. os codices vidisse: id ego parumpendo existimans (ut antea docui) factum fuisse a poeta dedita opera, quippe qui apud Danem eiusmodi locutiones antea legerit.

» Fresco smeraldo in l' hora che si fiacca.

Præmittitur eleganter nominibus, quæ & absque aliqua præpositione dicuntur absolute, & Articulum etiam, si placet, apte reijciunt, ut Mercè, gràtia, bontà vostra, vel la mercè vostra, la gràtia tua: la bontà sua. Hæc enim regere etiam possunt obliquos speliatus nota sua & Articulo; ut La Dio mercè, pro per la mercè di Dio. La Dio gràtia: la bontà loro. & his similia. sed de Articulis præpositiuis hæctenus.

DE ARTICVLIS SVBIUNCTIVIS.



D Græcorum imitationem utimur iisdem Articulis vocibus, sed nihil tamen immutatis (ut ipsi faciunt) loco Relativi Pronominis, quam significacionem intelligentes qui ante hæc scripserunt, enumerarunt has voces inter Relativa Pronomina, parum animadvertentes partitionem illam, quam Græci in

Articulis faciunt, esse etiam eandem apud nos. quæ potius certiore, cum nihil inter se discrepent Articuli nostri nisi collocacione, & potestate, voce enim idem sunt, & in relatione hac faciendâ, quod ipsorum officium est maiorem multo habent vim, quam ipse pronominis voces, quippe quæ Demonstratiuis subiiciuntur, ut ea referant: quemadmodum Quello che: quello il quale: & similia: Hi vero respondent antecedentibus appellatiuis præmissis, sæpius cum suo Articulo, aut propriis nominibus respondent, ut ipsorum præcipuam hanc vim antecedenti similem facile videre quis possit. Distinguntur itaque à superiori Articulo additione nominis sumpti a collocacione sua, ut inde dicatur Subiunctivus

Elivus

Elivus, quia antecedenti suo subiungitur in duobus Obliquis tantum Dativo scilicet, & Accusativo frequentius, in quo casu semper ponitur.

IL

- » Che spense'l Sol, anzi'l ripose in cielo.
 » E'l Sole abbaglia chi ben fiso il guarda.
 » Fin che mi san'l cor colei, che'l morse.
 » Che'l fa gir oltra, dicendo, obime lasso.
 » Chi non ha l'auro, o'l perde.
 » Giunto'l vedrai per vie lunghe, e distorte.

IL id est, Quel sole. ponitur autem IL, aut Lo cum eadem differentia, & observatione, de qua in Articulis præpositiuis copiose, ac separatim disputavimus. Est etiam utique Relativum clausula, unde intellectum habet generis Neutri.

» Chè'l vidi'l fa; tu'l pensa, che l'ascolte.

IL nunquam affigitur vocibus in fine, ut sæpius affiguntur Lo, & LA præterea quædam per Anastrophe, ut Puol: Vuol, ne dicenda sit Puol: Vuollo: ita Fa'l pro Fallo.

» Hor sà'l perche'l precat piu si pauente.

Atque hoc videtur tantum in hac significacione relativa in minori numero

De Articulo Subiunctiuo

Lo

ELivus in oratione soluta, raro in metro ponitur simplex, & imte ger.

» E s'io lo scaccio, & e' non troua in voi.

Annotis O per Apostrophum ante vocales, ut

» O qual gratia mi fia, se mai l'impetro.

Valde rarus LO Illam: sæpius autem affigitur in metro, & soluta oratione, aut Verbis, aut Pronominibus, aut Adverbis aut Coniunctiuis, præterea locis.

Verbis

Verbis.

- „ Graue soma è un mal fio a mantenerlo.
- „ Deh uenite a vederlo.
- „ Per iscoprirlo imaginando in parte.

Geminat autem liquidam, si dictio cui affigitur, exierit in vocalem acutam, ut Vdi vdillo, Apri aprillo In persona tertia, nam prima, cui tertia est similis, non geminat consonantem: ut Vdilo au diui illum: ita Saprò, Sapròllo, sciam id. Vedrò, vedròllo, videbo id, & alia mille: vel si fuerit monosyllabum, ut Di Dillo, dicito id. Da dallo, dato id. sa sallo, scit id. pud puollo, potest id. Eadem regula seruatur in Articulo subiunctiuo fœminei generis Dalla. Da illam.

Pronominibus.

MI,	mibi.
TI,	tibi.
CI,	nobis,
SI,	sibi,
VI,	uobis.

Quæ in hac compositione mutant I in E, & supposito sibi Articulo faciunt.

MELO	} vel expuncta O } per Abucopen se } quente consonanti }	MEL	} sequente vocali in } constructione fiet } Apostrophus L'
TELO		TEL	
CELO		CEL	
SELO		SEL	
VELO		VEL	

sunt qui interponant ubique Apostrophum, ut
„ ME' L vitrouasse solo lagrimando.

Tamen

Tamen nullo cum Apostropho recte dices.
io mel patirò così, come iddio vuole.

„ Ch'intende i uostri studi si MEL dica.

Tu tel terrai, vel te lo terrai a coresto modo.
Noi cel terremo, così come egli è, vel ce lo terremo.
Essi sel fanno, vel se lo fanno suo.

„ Che'n te mi fu'l cor tolto, & hor SEL tiene.

Voi vel goderete per mio amore, vel velo goderete:

Aduerbijs.

PER de quo in Articulo PL diximus satis PER LO. NO, affixa illi liquida Articuli, & expuncta vocali, ut NOL, idq; in casu Accusandi pro NON LO non id. Quo etiam modo dicendi in soluta oratione sepius utimur: Non lo farebbe tutto il mondo.

- „ Che comprender NOL può prosa, ne verso.
- „ Come puoi tanto in me, s'è NOL consento?
- „ I' NOL dissi giamai, ne dir peria.
- „ I' NOL dirò; perche poter NOL spero.

Coniunctionibus.

SI, inter hanc vocem, & Articulum interiecto Pronomine primæ personæ, atque ex his omnibus sublata vocali sua fit SIL pro SE IO LO in casu accusandi, quod cum Apostropho etiam scribi solet, ut S' I L.

„ S' I L: dissi, contra me s'armi ogni stella.

Valet igitur se io lo dissi. si ego id dixi.

In maiori numero est, ut in præpositiuo LI, vel GLI estq; vel se paratus, ut

ch'

- » Che GLI hauea'n guardia hiflorico, o poeta.
 » E CLI amanti pungea quella flagione,
 » Che per vfanza a lagrimar GLI appelta.

Item in casu dandi.

- » Poco era ad appressarsi a CLI occhi miei
 » La luce, che da lunge CLI abbarbaglia.

» Coniunctus cum verbis a tergo, vt

- » Vn Cavalier; ch' Italia tutta honora,
 » Digli, id est di a quello.

Est autem GLI, in postremo hoc exemplo casus Dandi minoris numeri. Migrat autem huc à plurali: in quo numero pro hac voce ponitur LOIO: vt vitai loro. GLI enim patiens est maioris numeri, vel dandi casus in numero minori; cui affigitur articulus subiuunctus LO, vel I. A interiecta E vocali, vt GLIE LO. & GLIELI in masculino, & GLIELA & GLIELE in feminino. Est autem GLI casus Dandi, & singularis numeri vtriusque generis inflexionem: LO in minori & LI in maiori numero: sicut casus Accusandi virilis generis, quamuis LO sapius neutri generis sensum habeat in singulari, LA vero, & LE muliebris generis sunt, hic maioris, ille vero minoris numeri. Erit igitur GLI illi, LO illum, vel illud: LI illos, LA illam, LE illas.

Ho hauuto il libro per Piero, e glie lo manderò.
 Illi eum mittam. nam GLI refertur ad vtrum LO ad librum.

Ho intesi i tuoi disegni in tutto a Camillo per tanto glieli dirò quanto prima. Ipsi e. s. tua consilia aperiam quam primum. valet enim Gli a quello: id est Camillo: LI vero valet Quegli scilicet tuoi disegni. tua consilia

Idem observabis in Articulo feminino. Glie la dirò, illi eam rem n. rabo. Glie le promiti, et e. res pellicitus sum.

Et in genit. neutri generis. Glie lo manterrò, vel Manterro glielo ipsi id est a Camillo affigitur etiam elegantissime post verba.

Dicitur

Dicitur quoque GLIEL pro GLIELO. eiusdemque est significationis: quamuis quidam affirmant esse simplicem casum dandi, sed falluntur profecto. nam sunt duo obliqui, Dandi, scilicet & Accusandi casus, vt Petrar.

- » Quel si pensojo è Vlisse affibit' ombra,
 » Che la casta mogliera aspetta, e prega:
 » Ma Circe amando GLIEL ritiene, e' ngombra.

Vide itaque Gliel complecti intellectum duorum obliquorum, & ad duo referrì videlicet GLI ad superiorem vocem Mogliera casta, LO vero ad Vlissem, & valet igitur Gliel ritiene ei scilicet uxori castæ, illum scilicet Vlissem habet in mora.

Ita in illo

- » Vide mai d'alto mar naue, ne legno.
 » Se non GLIEL tolse tempestate, o scogli.

» Gliel, id est a quello lo tolse, &c.

Hic idem articulus iungitur cum particula NE, que intellectum habet relativi in utroque numero, vt Digliene dic ei id. prestaglie ne accomoda et id. scilicet eam rem, de qua antea sermo fuerit, inde enim habebis genit. cui aliquando subiicitur genitius repetit anteecedentis, idque in partitione, vt

camillo mi ricercò di danari, e favore: però io, cono scendomi hauere il modo, de' danari gliene accomoda, hia del fauore con gliene potetti compiacere.

Vide tamen liere in affixo illo NE significationem Quantitatis, vt scilicet si sensus gli detti de' danari NE, id est Quella somma partem illam, quam cupiebat. indeque regetur genitius ille, de' danari, pecuniarium. Aut subiicit sibi genitium indicantem Qualitatem antecedentis, vt Dagliene delle buone, DAGLIENE .i. DA A LVI QUELLE: delle buone. i. Che siano buone. di così fatte gliene disse molte. Ne i. cose, res, que cuiusmodi forent, exemplat genitius ille, qui accedit Di così fatte. Interpret quidam exponens hanc vocem inestam gliele, docet esse simplicem casum dandi & valere A lei, sed non ita est. nam aut locus quem citat est corruptus

vrius (ut ego arbitror) & pro glieli, falso scriptum fuit glielle, nam antecedentis patiens est in ea clausula danari, ut sit sensus Glieli diede id est, Diede a lei quei danari, vel est hysteromproteron, ut gli sit relatiuum patientis, & LE (de quo Articulo mox dicemus) personae cui datur, & sit in Glielle diede, hic sensus diede gli, id est, Que' danari LE, id est, A lei, nam LE valere A lei modo offendemus; gli vero esse Articulum quod Latine valet illos, Etrusce Quelli, superius vidimus.

De Articulo Subiunctiuo.

L A

Antecedentium vocum muliebris generis relatiuum est Articulus LA cum seunctus, tum affixus.

- » Dormirà sempre; e non fia, chi LA suegli.
- » La vide in mezzo delle gelide acque.
- » Che Apollo LA seguia qua giu per terra,

Et cum Apostropho sequente vocali.

- » Hor, ch' al dritto cammin L'HA Dio riuolta.

Affixus verbis: ut

- » Hor che fia dunque a riuederLA in cielo?
- » E se qui LA memoria non m'aita,
- » Come suol fare: iscusinLA i martiri.
- » Che scuoter forte, e solleuarLA ponno.

Iisdemq; indeclinabilibus affigitur, quibus Articulus subiectiuus LO, ut vidimus supra, mutatu O in A,

In numero multitudinis est LE in Casu Accusandi, illas

- » Che marauiglia fanno a chi l'ascolta.

mi

- » Mi piacquensi, ch'è l'ho dinanzi a gl'occhi.
- » E lasciale cader, come a lor parue.

Vel in casu Dandi, & valet illi, A quella.

- » Erriuerente a' piedi
- » Le di, ch'io sarò la tosto ch'io possa.
- » Et un pensier, che solo angoscia dalle.

Le di, illi dic, di a lei: Dalle, affer illi, Da a quella, sed de Articulis satis superq; diximus.

DENOMINE

OBSERVATIONES

QVAEDAM.



GAMVS nunc de Nomine, ea suppletes, qua breuitatis gratia superiori libro relictasunt.

De formatione Nominum.

IN formandis nominibus frequentes sumus, vulgo praesertim. Iunguntur autem sepius ex verbis, & Nominibus, integra utraque voce, ut saluadanaio guardacappe: & per iocum Ammazza glihuomini. spaladanari: & per contumeliam Rubachie se: spogliatari: aliquando ex recto & obliquo, ut mortodifame. qua seimigi potius video: quam recte autem alij viderint, satis mihi est idipsum proposuisse.

De

De Numero Nominum.

Multitudine numerum adhibendi, cum unum tantum alloquimur, à Cesare potito rerum non satis laudatam, receptam tamen consuetudinem imitasse noto illo carmine testatur Dantes, quam ut elegantiores Poetae imitati sunt, ita & nos imitabimur. Petrar. ad Senne-
cium.

- » Qui son sicuro, & vi vo dir, perch'io
» Non, come soglio, il solgorar pauento.

Diversos igitur numeros copulamus apte, atque ita de uno dicimus Voi siete buono, sauo, e dotto. predicatum hoc locantes in minore numero, quod ad intellectum non ad vocem antecedentem respondeat quippe cum de uno, non de multis re vera loquamur, atque haec usitata est, & urbana comisq; loquendi consuetudo. Propria carent figurate plurali, nisi sint posita, ut Camilli, id est, simili a camillo.

De Comp. & Superl. Nominibus.

Comparativa, quae apud nos suam expressamq; habeant vocem, sicut Latinorum anomala, ut Peggiorre prior: Maggiore maior; Minore minor: migliore melior: Inferiore inferior: Superiore superior. cetera addunt adpositivum, a dierbium comparandi, ut piu forte magis fortis: piu giusto magis iustus: piu prudente magis prudens. Superlativa ab Adiectivis omnibus dubio procul ducuntur, ut Fortissimo Latinorum terminatione accepta, versa tantum finali vs in o. & ambo construuntur cum Genitivo.

De Diminutivis Nominibus.

Diminutivis copiosius abundamus, quippe qui ab una eademq; primitiva diversis dictionibus variis Diminutiva, ut a casa casina
casellina

cina, casellina, casuzza, vel casuccia, casipola. ab Uomo, homaccino, homiccino, homiccuiolo, huomicciatto, homicciatto, homuzzo: homuncio. Vecchio, vecchino, vecchiuzzo, vecchietto, vecchierello, vecchierellino, senecio. Ita, & quae augendi vim habent, ut iisdem exemplis utamur, Casone, casotto, casottone, domus ingens, & Homone, homaccione procero corpore homo, ita a Vecchio, vecchione, vecchiotto, Libro, librone, librotto volumen magnum, & deridiculi gratia Librella liber futilis, & insulsus. Et cum vitium quid significamus, ut Homaccio, vecchiaccio, malis moribus homo, vel senex: Libraccio liber insulsus: Vel corruptum vetustate, ut Calaccia, stanzaccia, cortaccia muliebri genere, vel Saionaccio attrita vestis, Ferraccio, mantellaccio, masculina, quae vim augendi habent, cum veniunt à nominibus, quae turpitudinem, aut vitia significant, ut Tristaccio, rubaldaccio, Iciagurataccio, scelestus, & improbus valde. Atque in hunc modum licebit copiosam derivatorum nominum vim, & multitudinem comparare.

De Terminatione Nominum.

Propriorum.

Propriorum Nominum terminationes virilis generis, sunt in omnes vocales: A. Enea, farina, Pitagora, Seneca, Agrippa. E. solone, Talete, socrate, Cesare I. Luigi, Dionigi, Giouanni, Rinieri, Ruggieri. eaq; in uniuersum est Genitivum nominum terminatio, ut Medici, saluati, Alaghieri, caualcanti, acciaiuoli. quomuis, & in A, ut Della rosa, & in E, ut Del bene, & in O ut Del nero: O cosimo, Francesco, carlo, ac denique pleraque propriorum: hanc enim terminationem in uniuersum habent, unde mutata O in A sunt muliebris generis propria, ut camilla, tullia, & alia mille, & si non desunt primitiva per se finita in A, nec aliunde à masculinis deducta, ut Anna, Maria, Leonora, Isabella, Portia. Eiusdem etiam generis habes finita in E, ut Didone, quod est Dido Latino more, ut

» Taccia'l vulgo ignorante, i' dico Dido.

P

Et

Et Salome, Cleofe: *Hebraea nomina*. Beatrice: Berenice: clari-
rice: & in O. saffo: Clio: calisto. V *demque*; vt Artù: &
GIESV. Saluator mundi.

De Terminatione Appellatiuorum Nomin.

EXeunt Appellatiua in A, quæ à Latinis accepimus, vt Poeta,
Profeta, sofista, Alchimista. Et quæ crescunt Latine in
obliquis, vt Humiltà, quæ etiam in E terminant, vt Humil-
tate, à Dativo Latino I in E conuersa. In E exeunt ab eodem ca-
su apud nos ferè innumera: Latine finita in O, ut opinio Opinione
vel finita in R, vt pater Padre, vel in L vt Sol sole, & alia
eiusmodi.

In O exeunt, quæ Latine in vs terminantur. vt Deus Dio:
Littus Litto, Seruus Seruo, & alia mille. sed ægentia nume-
rum syllabarum in obliquis, vt salus salutis, exeunt apud nos in E,
versa I Dativi Latini in eam vocalem: vnde erit salute. excipe
virtus, quod mittit rectum vel in V, vel in E: vt Virtù: uel
Virtute.

Promiscua exeunt in O uel in E; ut Cavaliero cavaliere: Pen-
fiero pensiere: Destriero destriere: corriero corriere. sed
ut metra amant terminationem O: ita soluta oratio postulat E.

De Terminatione Adiectiuorum.

Adiectiua: aut per duas voces flectuntur: aut per utrumque ar-
ticulum, & vnã vocem. si per duas uoces: prima habet O
secunda A finales. vt Giusto giulta: degno degna. si per
vnã tantum, ea erit in E: ut Felice gentile. consueuisse au-
tem has uocales per Apocopen deleri aliquando in quouis nomine
sam diximus, ut sol pro sole: arbor pro arbore: Van
pro Vano: & similia: ita etiam ultimas syllabas, ut Gran pro
Grande: Me pro Meglio, exceptis his, quæ nunquam contra-
hantur: scilicet Animo: Abisso. Affanno: Apollo; Collo: Du-

ro

ro, Inganno, Oscuro, Strano, Sostegno, Volo. neque enim di-
cimus Stran, Affan: sed integra, & perfecte absoluta completaq; vt
posuimus.

De prima Declinatione Nom.

NOtandum est prima Declinatione esse quædam habentia com-
munem terminationem cum secunda, nam & in E exeunt elegan-
ter. vt Fronda in prima; vel Fronde in secunda Loda, vel
Lode. pari ratione variabunt in plurali. Loda in singulari habe-
bit Lode in plurali: & Lode minoris numeri habebit Lodi in ma-
iori. Præterea, quæ patiuntur Apocopen in singulari, vt Città; at
quæ iccirco migrant a secunda in hanc declinationem, non recipiunt in
plurali diuersam terminationem a singulari, vt Le città in secun-
da erat simplex La cittàde in minori numero, & in maiori Le
cittadi.

De Secunda Declinatione

Nomin.

Adiectiua vnus vocis apud Latinos, vnus etiam vocis sunt a
Apud Etruscos, & in hanc declinationem recipiuntur. Quæ vero
distinctas voces habent singulis generibus singulas pariter distincta vo-
cibus habent genera apud nos, & duabus declinationibus completuntur.
In prima est fœminina vox, in tertia vero est masculina Giusto giu-
sta: Allegro allegra, & similia. Animaduerte Latinas voces a no-
bis receptas è tertia illarum declinatione, secum etiam trahere termina-
tionem singularis numeri ab Ablatiuo in E, & ab eodem casu in plura-
li in I reiecta syllaba BVS. vnde à patre erit padre: à patribus
erit padri mutata T in D. vel nulla facta mutatione, vt à felice: Il
felice: a felicibus I felici.

Quæ syncopen patiuntur eandem seruant terminationem in plurali
quam in singulari, vt il pie, i pie. simplex erat il piedè,
i piedi.

P 2 De

De Tertia Declinatione
Nomin.

Finita apud Latinos in V M, vel Vs hanc nostram inflexionem tertiam ingrediuntur, ut Lignum legno, Amicus amico, imitantur enim terminationem ablativi Latini singularis: & ab eodem casu plurali reiecta ultima consonanti s exeunt in L, in maiori numero, ut ab Amicis li amici: vel neutram Latinorum terminationem in plurali sequuntur, & sunt Heteroclitica: migrat enim à masculino singulari in femininum plurale, ut I legni: vel le legna: I mèbri: vel le membra: Dantes dixit pro I peccati le peccata. Hanc terminationem frequentarunt olim maiores nostri in ijs vocibus, quæ apud Latinos augent numerum syllabarum in Obliquis, ut corpus corporis, inde le corpora pro i corpi, nam in singulari est corpo. Quod faciebant etiam multa alia nomina secundæ declinationis Latinorum, ut i prati: vel le pratora; i luoghi vel le luogora: i campi vel le campora: li orti vel l'ortora: i gradi vel le grado ra: i lati vel le latora; i rami vel le ramora, atque ita a masculino migrant in femininum pluralem, ut dixi. Finita in i exeunt ita in plurali ut in singulari. ut Rinieri: Aldieri, & eius modi.

De Constructione
Nom.

Eandem admittunt Constructionem, quam apud Latinos in substantiis. & a diectiis ut

» *In su'l mio primo giouenile errore.*

Vide errore substantium coniungere sibi, & genere, & numero & casu giouenile, & primo a diectiis. Præterea ex adiectiis substantiua fieri nomina: ut abud Latinos planum est ut

Torna

» *Tornami à mente s'alcun dolce mai*
» *Hebbe'l cor tristo.*

Vide Alcum dolce. Dulce aliquid in substantium migrasse. Femininam vocem comperies a diectiis quædam sibi copulata in genere virili, frequenter soluta oratione, ut Ogni cosa di strida, e di lamentuoli voci era pieno. respondet enim ad intellectum non ad vocem, cum inquit Ogni cosa pieno. ut Centaurus magna apud Latinos, quia nomen proprium navis significat. ita apud nos cosa in hac significatione valet luogo, unde recte dicitur pieno.

De Nominibus numeralibus.

Numeralia nomina nihil variant in genere, præter primum, & secundum numerum: una etenim eademque terminatio, & virilis & muliebris generis nominibus accomodatur. Sunt autem hæc.

Vno unus, vna una. si sequatur in oratione hæc dictio Altro alius; ponitur sæpius cum Articulo, ut L'vno, e l'altro, l'vna, & l'altra. Cum substantiis patitur syncopen virili genere, ut Vn Signore. vn Cittadino, & similia. cum Apostropho ponitur cum voce Altro, ut vn'altro alius, v'n'altra alia.

Duo, & Dve. duo virili genere multitudinis numero, duo: Due muliebri genere, due: duo libri, Due taole. Vide autem a bonis auctoribus Due esse promiscui generis. ut Due fratelli, Due sorelle.

Ambo, & Ambe. Latina vox, sed Ambo communis est generis, ut Ambo le mani, Ambo gli orecchi, in compositione habet E finalem, ut Ambedue le mani, Ambeduo gli occhi: apud Dantem ambidibui, vel ambodue in masculino genere. Amendue utroque genere, vulgo Amenduni, & Amendune. Intrambi, vel Entrambi valet Tutti duo. Intrambe etiam muliebri genere dictum fuit, & intrambo virili. Sed antiqua sunt voces, & apud Poetas.

P 3 Tre.

tre Quattro cinque sei sette Otto Nove dieci vn
dici dodici tredici Quattordici Quindici sedici di
cesette diciotto dicenoue venti. *Comungete nunt uitates
post Decades cum Apostropho, si uox minoris numeri, qui supponitur, a
uocali incipiat. ut Vent'uno Vent'otto. absque Apostropho in
alijs: ut Ventidue ventitre ventiquattro, & que seq. pari
ter trenta trent'uno: Quaranta: Quarant'uno: Cinquan
ta cinquantuno: sessanta sessant'uno: settanta: Ottanta:
Nouanta; Cento. prapone numeros unitatum, dicesq; dugento
trecento Quattrocento cinquecento seicento settecen
to Ottocento Nouecento in utroque genere.*

MILLE in utroque genere. Prapone illi minores numeros, & sub
lata altera liquida, & uersa E in A erit duomila: Tremila: quat
tromila: centomila. & sic de singulis.

Numeralia discretam quantitatem significantia, ut QVARAN
TENA muliebris generis in singulari, & QVARANTENE in plu
rali, ita CENTINAIO & MIGLIAIO in minori numero uirili ge
nere: & in maiori CENTINAIA & MIGLIAIA muliebris genere
subijciuntur minoribus numeris. ut Vn migliaio, duo migliaia,
tre centinaia, quattro centinaia: sibi autem subijciunt nomina
numeratae substantiae in casu generandi, ut LE migliaia de' fiori
ni: LE centinaia de' sospiri, uel Dolori a migliaia: Dispia
ceri a centinaia.

Ordinalia sunt primo: secondo: terzo: quarto: quinto: se
sto: settimo: ottauo: nono: decimo: vndecimo: duodecimo
tredecimo: quattodecimo: quindecimo: sedecimo
dicesettesimo: diciottesimo: dicenouesimo: ventesimo sup
pone his minores numeros erit. Ventesimo primo, ventesimo
secondo, & sic de singulis. Trentesimo, trentesimo primo,
quarantesimo, Cinquantesimo, & sic in reliquis centesimo
dugentesimo, trecentesimo, Millesimo, quod coniunctum
cum alijs numeris non repperi.

A uerbia numeri sunt eadem uoces, quas diximus, addita hac dictio
ne VOLTE, ut vna volta semel, due volte bis, tre volte ter,
quattro volte quater, & sic eodem modo in ceteris, Mille vol
te millies, Dieci mila volte decies millies: seicento volte
sex centies.

De

DE PRONOMINIBVS.

*De quibusdam Pronominibus, quibus
subtrahitur nota Obliqui.*

IN pronomine LVI, & LEI subtrahitur nota Obliqui in Dativo
elegantè, ut

„ Oh, dissi lui, or se' tu ancor morto?

Lui pro A lui. ita Lei pro A lei, ut

„ E' signor mi pareo benigno, e pio

„ Risponder lei con viso temperato.

Ita etiam Pronomine Se:

„ Che porta il lume dietro, e se non gioua.

Se pro a se. Pari ratione Cui ut Cui parlai io? id est, a cui uel
a chi: itidem LORO, ut Parlerai loro, id est a loro.

Idem seruat in casu Generandi in Pronominibus CUI, COSTUI
COSTORO: LORO; ALTRUI. ut LA cui bontà. la co
stui amoreuolezza: la costoro humanità: la loro fama: la
roba altrui.

De Pronomine

QVEGLI.

RELatiuum hoc Pronomen in recto casu tantum ita terminatum,
recipit Obliquos eosdem, quos Demonstratiuum QVELLO: quod
Demonstratiuum huic singulari consimilem terminationē habet in plu
rali uidelicet QVEGLIARO QVELLI praesertim sequēte uocali, aut S
initiali

initiali cum alia consonante, ut Quegli occhi, Qnegli studii. Hoc vero in singulari est. QVEGLI non est in usu familiariter, sed tantum in scribendo ad imitationem nostrorum Auctorum, unde bene loquendi praecepta comparauimus. Nam Amphibolon statim exoritur, & quod singulare est, pluralis numeri esse censetur, sed tamen ita res est. dices igitur in recto tantum QVEGLI: in Obliquis vero di quello, a quello, & quae seq. & QVELLO demonstratiuum in singulari Recto & Obliquis virili genere cum alio nomine substantiuo coniunctum (nam si est absque nomine cui adhaereat intellectum habet neutri generis) in plurali autem QVEGLI cum suis Obliquis, vel QVELLI sed rarius, ut docuimus.

QVEI diximus libro primo; Demonstratiuum esse nulla alia cum voce coniunctum, alias enim diceretur QVEL: hinc itaque licet exemplum capias.

- „ Che farem noi a chi mal ne desira,
 „ Se QVEI, che ci ama, è per noi condannato?

ut contra. quod etiam notabis cum proprio nomine coniungi.

- „ QVEL Atila; che fu flagello in terra.
 „ Vidi QVEL Bruto, che cacciò Tarquino.

De Pronomine

QVESTI.

Initium in 1 non solum Relatiuum, sed Demonstratiuum etiam unde Dantes,

- „ QVESTI, e mostrò col dito, è Buonagiunta.

Cum Appellatiuis dicitur QVESTO, & per Aphresin ESTO, ut diximus libro primo.

- „ Se vuoi campar d'ESTO luogo seluaggio.

EST A, ut

- „ Nouella d'EST A vita, che m'addoglia.

QVESTI singularis numeri, quod in recto tantum dicitur, communes habet Obliquos cum Pron. QVESTO, quod cum Appellatiuis ponitur virili genere, alioqui neutri generis intellectum representaret: ambo autem habent in plurali QVESTI.

Ex his formantur aduerbia Temporis In questo, interea dum hoc fieret, & a superiori Pronomine In quella, valet idem, arbitror esse eclipsin, ubi subintelligatur Appellatiuum, In questo tempo, In quella hora.

De Pronomine

CHE.

Pronomen hoc geminatur sanè apud bonos Auctores, sed vulgo nã sat frequens, quin potius asperum videtur: valet autem Quodcumque, ut antea diximus, che ne debba seguire: che che legenti si pensino, che che si facciano i grandi. est etiam che coniunctio causalis, & valet Perche quia

- „ CHE'l tempo, che n'è imposto,
 „ Piu utilmente dispensar conuiene.

De Pronomine

CHI.

Cum superiori coniungitur hoc Pronomen CHI, & valet Quisquis, vel Aliquis, ut Chi che sia sarà egli, aliquis erit. chi che egli si sia, Quisquis ille sit, vel Quicumque, quod & chiunque apud nos.

De Pronomine

LVI, & LEI.

IN quarto, aut sexto casu semper ponuntur LVI & LEI cum Gerundio, cum substantiuo uerbo, & cum Aduerbio coniuicta similitudinis COME. nunquam in recto.

Ac primo cum Gerundijs ductis ab iis uerbis, quæ suam significationem absque alio casu absoluant, ut Viuendo lui: Andando lei, ponitur in sexto casu, ut Gerundium ipsum. Viuente illo, Ambulante illa. sed si transitiva fuerint uerba unde Gerundia ducuntur nullum habet locum Pronomen cum Gerundio quod est casus auferendi, ut Leggendo egli il Dante: trouò vn passo bellissimo, ipse legendo Dantem incidit in locum elegantissimum, nam uox Egli, quia uim habet agentis personæ, quæ rectum casum in uerbo occupat, ideo non à Gerundio regitur sed à uerbo trouò. unde non dicitur Leggendo egli la Lettione: si leuò vn grande strepito. sed Leggendo lui la Lettione. nam nullum sequitur uerbum unde regatur uox Egli.

Demde substantiuo uerbo SONO iungitur à tergo in quarto casu cum enim SONO significat trasmutationem a re uel persona in aliam, exigat quartum casum apud nos, ut s'io fossi te. inde itaque dicitur s'io fossi lui.

Tertio, & ultimo post Aduerbiu COME locatur hoc Pronomen LVI quando significatio Aduerbij, ea est, ut significet parem societatem similitudinis, & tamquam multorum coniuictionem aliquam simul in eadem re. unde exigat sextum casum coniuictionis. cum: a qua Latina uoce descendit COME in hoc sensu. nam si Aduerbiu simplex esset similitudinis, eundem casum posceret, quem antea reliquisset, ut Io l'ho uditò: si come egli, & ella. non si come lei, uel si come lui. id enim in prima significatione diceretur. ut sono ricco, si come lui. sono saua si come lei. si come, id est. insieme con lei. Ei non uolse darmi quel, che io, si come lui meritauo: si come lui: id est in compagnia di lui. Non est itaque uerum quod LVI ponatur pro COLVI, nec LEI pro COLEI in recto casu, & loca à quibusdam citata ex libro Dantis cuius est titulus CONVIVIO ad rem non faciunt, nempe quæ sunt corrupta, & uitiata, nec mendo carent. unde quicquid præter hanc obseruationem qui dixerit, uitiosum erit.

DE

De Pronomine

QVALCHE.

Iungitur ex duobus QVAL, & CHE hoc Pronomen, quod Latine Aliquis dicitur: nec absque substantiuo ponitur cui adhereat, & tam ad res, quam ad personas refertur, ut qualche cittadino, qualche religioso, qualche potente, qualche gratia, qualche cosa.

De Pronomine

CHI.

Habet (ut pag. 17. docuimus) hoc Pronomen in Obliquis CUI, & Aliquando eandem recti uocem præpositis notis Obliquorum, ut

„ Fra magnanimi pochi a chi'l ben piace

& pariter Demonstratiue, & Indefinite initio orationis, ut chi uole imparare, bisogna sopporti molte fatiche. chi, id est, quella persona, la quale. habet enim secum antecedens, & Relatiuè simul coniuictum, & componitur cum Pronomine CHE, ut Chi che id est, quicumque. chi che essù si siano, & A stazza di chi che sia. ualet autem chi che sia aliquis.

De pronomine

CHIVNQVE, & QVALVNQVE.

Differunt hæc Pronomina inter se, quorū primū refertur ad numerum, & de hominibus tantum dicitur, secundum uero ad Qualitatem rerum, nec nisi cum substantiuo in oratione locatur in utroque genere, & numero, ut Qualunque huomo, qualunque cosa. illud uero nulla alia cum uoce iunctum in oratione, ponitur etiam utroque in genere, & numero, ut CHIVNQVE persevererà sará saluo id est; tanti quanti persevereranno, siano maschi, o femine

mine faranno salui. Apri a chiunque picchia, *aliàs dici potest* Ciascuno che, ciascuno che viene sia messo drento

De Pronomine

T A L E.

Aliquando est Distributivum, & nulla cum Apodosi ponitur, ut Tale era a studiare, & tale a far la guardia. Tale è buono alli studij: Tale all'armi: Tale alla mercatura, id est Altri, quod etiam dicitur Chi, ut chi è atto a vna cosa, e chi ad vn'altra. Contrahitur in plurali Tai, vel Ta'. ut gli disse ta' parole, vulgo frequens: & apud Poetas.

„ E tra duo T A' nimici è si sicura.

iunctum cum particula CO fit COTALE, & COTAL quod valet Simile, ut

„ Tal frutto nasce di C O T A L radice.

Ita in plurali COTALI.

„ O Paulo, od African fosser COTALI.

Migrat in coniunctione cum voce CHE, ut Talche

„ T A L C H E due bestie van sott'vna pelle:

De pronomine

M E D E S I M O .

HOc Pronomen cum Articulo IL est aliquando Relativum etiam sola, unde habet intellectum Neutri generis: sed apud bonos auctores non inuenitur: nunc tamen receptum est usu, ponitur cum Adverbis

em-

congregandi meco, teco, seco: meco medesimo, Seco medesimo in plurali, & per syncopen est Medesimo.

„ Dime M E D E S M O meco mi vergogno.

De Particulis.

C E, & N E.

Demonstrativa loci est particula CE: & valet in hoc loco, & NE est Relativum superioris antecedentis in utroque numero, & valet Di questo, & di questi, & utroque genere: ac sepius simul ponuntur, ut Molti ce ne sono, ex hoc numero hic sunt multi. Ne fe ce gran romore: Ne le prese pietà. Ne, id est Di questa cosa aliquando Ne: est demonstrativum loci, ut. Ne lo portò a cala Ne id est di quel luogo inde.

De Adverbio O N D E,

quod ponitur Relative.

VT apud Latinos Vnde: ita apud nos ONDE valet QUALE Relativum in utroque numero.

„ Di que' sospiri O N D'io nutria'l core.

Onde: id est De' quali sospiri: ex quibus. sed ad verba nunc tempus est nemenda.

DE VERBO, AC

PRAECIPVE.

De Formatione Temporum.



VARIETATEM illam vocum in themate (vt auct.) Verbi in primis remouemus. neq; enim varias Dialectas Italiae, sed Etrusca puramq; Florentinam ostendere consilium nostrum fuit. Diuersas autem rationes Poetarum ex eoru Lictione facilius obseruare quis poterit, quam ex his institutionibus cognoscere. Intelligo autem Poetas qui Etrusce non Italice scripserint, e quorum etiam numero eijcio antiquos illos ante Dantes nostri tempora magno in honore habitos. vt enim Latini antiqui Lucretius, Catullus, Terentiusq;, & Virgilius floruerunt, vt Hor. docet ita admiramur nos quidē si quid in eorum scriptis elucet: antiquam autem illorum locutionem non imitamur. Si itaque Haggio, Haiò, Habbio, crio, Creggio, Saccio, saepius vsi sunt, nos tamen Ho: credo, so: potius dicemus, vt Boccaccius, Petrarca, & alij, qui hos magistros dicendi habuere, scribere consueuerunt. nam Dantes ille quidem imitatus Homericam dicendi rationem, cum varios introducit in suo poemate loquentes, aliquando licentia illa utitur, qua vsi sunt antiqui hi, quibus proximus tempore fuerat. sed non desunt integra poematis eius capita quae pura patris sermone sui ratione conscripta sint, tam multa autem elegantia, & venustate, vt Petrarcae ipsius, quo suauius nihil ac lepidius, carmina longo intervallo vincat. & superet. Sed de hoc alias. Nunc redeo ad Temporum formationem.

De

DE THEMATE

VERBI.

PRIMA vox Indicatiui presentis est in O in Verbis personalibus. nam in impersonalibus Passiuis est in I, vt viuere (uiuitur) & in Actiuis exit in A, ut Bisogna (oportet) syncopen patitur aliquando, ut VO pro Voglio (uolo) & FO pro Faccio, quo utimur, ut Petr.

Ma FO, si come huom ch' arde, e' l' fuoco ha'n seno.

De Secunda persona Presentis

Indicatiui.

Secunda habet semper I finalem, in quam uertitur O finalis primae personae: ut AMO AMI. cum qui uocali aliquando mutantur consonantes, ut Veggo vedi: seggo siedi. nonnunquam etiam nihil mutatur praeter uocalem, ut Leggo Leggi, uertitur autem GG in D in ijs, quae eam consonantem latinae habent, ut vedi siedi, quia latinae est sedes, uides. ita etiam uerbum Traggo sequitur latinam formationem trahi (trahis) Finita in IO cum pluribus consonantibus praepositis remouent O, & sic formant secundam uocem, ut cambio cambi, soffio soffo. in alijs seruatur regula, ut Glorio glorii, uerso O in I Monosyllaba addunt ante I uocalem A, ut VO vai, sto stai, Ho hai, so sai, FO fai, Do dai, quae habet G & L, hanc seruam, illam reijciunt, salo sali: Dolgo uel Doglio duoli: Vaglio uagli. soglio suoli. sed rectius suoi, sicuti in Tolgo rousciol go scioi, colgo coi: etsi habent etiam Togli, sciogli, cogli,

At in

At in verbo *voglio* utraque consonas reijcitur *Vuoi*. Habentia *N* & *G* remouent *G*, ut *Vengo Vieni*: *Tengo Tieni*, I vocali facta consonanti interposita in prima syllaba: *Pongo Poni*. Sed que Latine utramque harum consonantium retinent in secunda singularis, retinent etiam apud nos, aut postponunt, ut *Pūgo Pungi*, seu *pugni*, *Vngo vngi*, vel *vgni*: *Stringo Stringi*, vel *Strigni*: *Giungo Giugni*: *Fingo fingi*; *Spengo spegni*: *Dipingo Dipigni*, *Piango piagni*, vel *piangi*: *Mungo Mugni*: *Cingo Cigni*: *Attingo Attigni*, *Dico facit Di non dici*: & *paio pari*.

De Tertia sing. presentis Indic.

Tertia fit à secunda mutata *I* in *A* in Verbis primæ cōiug. aut in *E* in cæteris, ut *Ami Ama*: *Leggi Legge*. Vede vede: *Odi Ode*. Monosyllaba, aut eandem seruant regulam, ut *Fo, Fai, fae*, vel in formando remouent *I*, & remanēt pariter monosyllabum *Fa*, quo utimur: poetice est: *Face*, ita *puoi può*, rectius quàm *puoe*: quod Poetice est *puote dant*.

» *Vuolsi così colà, doue si P V O T E.*

Committitur aliquando *Apostrophe*, vel *Apocope remota finali I* secunda personæ, vel *E* tertiæ, ut *Pou pro Poni* vel *Pone*. *Tien pro Tieni*, vel *Tiene*, *Vien pro Vieni* seu *Viene*. *Vuol Val*, *Suol pro Vuole*, *vale*, *Suole*.

» *Belo doue riman fonte d'errore?*

Fane, e *puone* nimis vetustæ voces. *Nostri sic rure loquuntur.*

De

De prima persona plur. numeri Indicatiui pres.

Prima maioris numeri descendit à secunda minoris addita *AMO*, ut *Ami Amiamo*, *Leggi Leggiamo*, *Insegni Insegniamo*, *Odi odiamo*. Monosyllaba addunt varias consonantes, vel duplex cc ut *Fo, Fai, Facciamo*; vel *pp* ut *so sai sappiamo*: vel *bb* ut *Ho Hai Habbiamo*. nam in secundis personis non habemus *Fac cī*, *sappi*, *Habbi*, ut barbare Itali aliqui loquuntur. vel ex duabus vocalibus elisa prima, & seruata altera, ut *sto stai stiamo*, *Do Dai diamo*, sono sei siamo. Habentia *NG*, ut *Tengo, Pongo* aut *GL* ut *Doglio, Voglio* formant primam huius numeri à prima singularis versa *O* in *Amo*, ut *Vogliamo, Dogliamo, Tegniamo, Pogniamo* (postposita *N*) *Veggio Veggiamo*. verba in *scō* carent prima pluralis huius temporis. ut *Gioisco, Ardisco*. In complexu orationis per *Apocopen* deletur *O finalis*, ut *Leggiam pro Leggiamo*.

De secunda pers. pluralis num. presen. Indicatiui.

Secunda descendit à tertia minoris numeri addita *TE*, ut *Ama Amate*, *Legge Leggete*, At (quia aliquando fit mutatio litterarum ut in *Debbe douete*, aut additio, ut *Puo Potete*) rectius quis fecerit, si consulet *Infinitiui presens*: & versa *R* characteristica eius temporis in *T*, formabit hanc vocem: atque hinc erit à *Douere Douete*, a *Porere Potete*, a *Volere erit Volete*, a *sapere sapete*, a *Pa tire patite*, a *Morire Morite*, *sedere sedere*, *Andare Andate*. excipio *infinita*, que per *syncopen* pronuntiantur, nam à simplici, nec contracta voce facienda est hæc formatio. unde ab *Infinito Porre* non potest duci *ponete*, sed a simplici voce que in vsu non est, *ponere*, ita *Torre Togliere, Togliete*. *sciorre sciogliere sciogliete*, item ab *Infinito Bere* non dicitur *Bere*, sed *Beuete*; quia simplex erat

Q Beuere

Beuere, quo Bononienses utuntur. At nos contractam uocem frequenter eius adhibemus Beete, quæ est à tertia presentis addita TE Bee Beete. Infinitum Ellere format Siete, præter regulam. Facete, & Dicete Poetarum antiquorum uoces in usu non sunt. sed fate & dite, à suis infinitis fare & dire; vel à tertia singularis addita TE, ut Fa fate, Di dite. Leggite, Audite, vel per Apocopen Leggi, Audi, barbæ à quibusdam Italia locis dicitur non Etrusce.

De persona tertia pluralis numeri Indicatiui presentis.

Tertia pluralis habet A pen. in coniugatione prima. In ceteris habet O: in his enim à prima persona singularis numeri ducitur addita NO, ut Leggo Leggono, Odo Odo, Veggo Veggono. Coniugatio autem prima ducit hanc uocem à tertia minoris numeri cum additione eadem, ut Ama Amano, Insegna, in segnano. Vo & So, item alia monosyllaba, ut Do, Sto, Ho, Fo, uersa O in A, & geminata liquida formant Van no Sanno Danno stanno Hanno fanno. In uerbo substantiuo hæc uox similis est primæ singularis sono. Pono pro posso no poetice nunc etiam dicitur.

„ Lagrime omai dagli occhi ufcir non ponno.

vonno pro vanno, quod dixit Dantes, licentia poetica est causa metri, & rithmi, nec est imitabile; ut Denno pro Deono, ne l debbono. Deletur ultima syllaba etiam soluta oratione, ut Han van pon fan dan.

„ Non FAN si grande, e si terribil siono.

Et cum Pronomine inseparabili.

„ Ch'a cielo, e terra, e mar dar luogo FANSI.

vel deletur uocalis o, ut Deon possion.

„ Prendon riposo i miseri mortali.

Do

De Formatione Imperfecti.

Imperfectum, quod nos imitati Græcos uocauimus PENDENTE, formatur à secunda pluralis Indicatiui presentis uersa TE finali in VO (atque ita non decipiet quemquam mutatio uocalium, vel consonantium in monosyllabis, & anomalis) ut Amate amauo, Vede te uedeuo, Leggete leggeuo, Vdite vdiuo, venite ueniuo, Tenete teneuo, Sapete sapeuo. excipe faceuo, quod interponit syllabam CE, ut Latino sit simile Faciebam.

Apud Scriptores exit prima personâ huius temporis in A, ut tertia.

„ E cominciò . gran tempo è ch'io pensaua.

Sed usus non recipit

„ Què penes arbitriū est, & vis, & norma loquēdi.

De secunda singularis numeri Imperfecti Indicatiui.

Secunda descendit à prima uersa O finali in I, ut Amauo amaui, ex qua aliquando remouetur i finalis in complexu orationis per Apostrophem.

De Tertia persona singularis Imperfecti Indicatiui.

Tertia eadem est cum prima uersa finali in A, ut Amauo Amaua: V penultima huius uocis præterquam in prima coniugatione remouetur eleganter, ut Vedeo, Leggeo, Sentio, Petrarca.

Q 2

D 2

- „ Da'bei rami scendea.
 „ Correa gelata al suo antico soggiorno.

Plura vero remouit idem Poeta in verbo Faceua, qui non solum dixit Facea, sed aliquando etiam Fea.

- „ Che FACEA marmo diuentar la gente.
 „ Che mi FEA lieto, e sospirar souente.

Vertebant antiqua E pen. in I, ut solia, potia, credia, viuia, per Solea, potea, hauea, credea, viuea.

De Prima pluralis Imperfecti Indicatiui.

PRIMA pluralis numeri descendit à prima singularis versa O in A, & addita MO, ut Amauo Amauamo, seruata in antepenultima syllaba vocali suae coniugationis: quae tamen aliquando in reliquis tribus, t. inquam essent verba primae coniugationis, vertitur in A, ut Vedauamo, vdauamo, venauamo, corrauamo, pro Vcdeuamo, correuamo, vdiuamo, veniuamo: sed videndum est ne quis in eo decipiatur, ut pulet per immutationem aliquando id accidisse, quod natura sua euenit, ut Falliuamo, & fallauamo. neque enim I versus fuit in A. sed naturale est, nam diuersa, nec eadem est coniugatio: aliud enim est primae fallere, aliud Quartae Fallire. Talia etiam sunt Colorare colorire, Apparere apparere, & alia eiusmodi in quibus nulla erit mutatio, vel dicas Coloruamo, vel Colorauamo, sed naturalis ac propria erit vocalis coniugationis suae. quod vero contendunt Grammatici proferare, & proferire, Addolciare, & Addolcire eadem ratione dici; id quam verum sit ipsi viderint: unum hoc scio nostras voces esse Proferire, & Addolcire: alias fortè à Poetis usurpatas non admittimus. In ea autem mutatione qua antepen. in A vertebatur (ut vi

dimus

dimus) praepositur I si antecesserit C, vel duplex GG, ut Diciauamo, Leggiauamo, quae in usu non sunt, pro Dicéuamo, Leggéuamo.

De secunda pluralis Imperfecti Indicatiui.

SECUNDA ducitur à prima versa MO in TE, ut Amauamo, Amauate cum eadem mutatione penultimarum vocalium, de qua in prima persona diximus. Hanc vocem non satis probauit iunior aetas. & si à maioribus accepta: pro qua voce utimur secunda minoris numeri: dicimus enim Voi amauit pro Voi amauate, atque ita in usu receptum est. cuius locutionis extant aliqua monumenta apud scriptores: quippe mollior est vox, & iccirco usitatior. Erate pro Erauate per syncopen, ut superius in prima persona Erauo pro Erauamo.

De Tertia plurali Imperf. Indicatiui.

TERCIA consentit cum primam eiusdem numeri, versa tantummodo M in N, ut Amauamo Amauano. remouetur per syncopen media syllaba, ut Soleano pro Soleuano, praeterquam in prima coniugatione, simulq; O finalis Vsciam pro vsciavano.

- „ Viue fauille Vscian de' duo bei lumi.

Venieno, potieno, morieno, seruieno, ponieno, cum Augmentu in penult. nimis antiquae vocis, pro Veniano, potiano, moriano, seruiano, poneano, Poetarum sunt.

- „ Come VENIENO i miei spirti mancando.

Q, De

*De Præteriti perfecti
Forma.*

Perfectum præteritum, quod Indefinitum appellauimus, quia Aoristo, id est Indefinito Græcorum respondet, habet varias terminationes videlicet:

A I in verbis primæ Coniugationis.

E I
ET TI
SI } In verbis Secundæ & Tertiæ:

I purum, vel cum consonanti præsentis in verbis Quartæ. ducitur à secunda pluralis numeri Indicatiui uersa **TE** in suam terminationem coniugationis.

De syllabis pauca hæc obiter adnotabimus, ne actum agamus, quod uetatur veteri proverbio. Est enim Caroli Lenzonij perelegans, variaq; doctrina excultus libellus de arte metrica: unde tota hæc ratio vberius copiosusq; haberi poterit. Nos vero, quatenus spectat ad has nostras institutiones hæc explicabimus.

Syllabæ quemcumque habeant locum in dictione.

sunt vel {
 Productæ - quæ habent duo tempora vv
 Corruptæ V quæ unum tempus habent v
 Communes - V, quæ modo unum V, modo duo.

Productæ sunt tribus modis {
 Accentu
 Diphthongo
 Positione

Contrariæ his corruptæ.

Communes sunt {
 Numero
 Collocatione
 Declinatione.

De

De Accentu.

Accentus præcipua regula est apud nos, quam penitus abdicarunt Græci, Latini partim sunt secuti, nos vero ubique ipsius tenore Acuto productas syllabas, Gravi autem correptas prorsus metimur. Cumq; laxior, nec numeris adstrictior, ut Latina, Græcâq; nostra sit ratio carminum, legitimum illorum sonum Accentus conciliat, quo dicere auribus consulere, dulcemq; ac suauem numerum dimetiendi syllabarum quantitatem indagare didicimus.

Vbiunque igitur accentus syllabam eleuabit simul etiam in pronuntiansiando tardiozem reddet, atque idcirco in dictione productam.

Gravi autem nisi Positio, aut alia Regula impediatur corripitur.

Circumflexum habemus quidem, sed virtute tantum, ut dicam, nam eius loco utimur Acuto uerso in Gravem per Enclisim, uti supra initio libri secundi ostendimus.

De Diphthongis.

Diphthongos habemus Proprias (quas pronuntiamus tamquam binas syllabas, præterquam in metri dimensione) sex AE, AV, EI, EV, OI, & VO, neque enim migrat in consonantem semper, sed aliquando est diphthongus, ut patet in voce VUOI, quæ cum habeat VO diphthongum, præmisit à fronte aliam V consonantem factam, ne secunda pro consonanti pronuntiaretur, ut VOI. Aere, Laura. Quei, Eurialo, & OI, HUOMO, alij alia faciunt ex I & V, quæ sunt subiunctiua, unde errant mea quidem sententia. Adde quod migrant etiam è uocalibus, ut antea dicebam, in consonantes, ut Vieni. ex eis itaque non fiet diphthongus.

Diphthongos habemus Improbias partim ex Proprijs corruptis, partim ex uocibus terminatis in duas uocales, quæ per Synalepham in unam coalescant.

Ex proprijs corruptis A E, & E I, & O I erit A, E, & O, Fac fâ. Miei Mie. suoi suo. Exterminatis in geminas uocales ut ex O E, & V E erunt O & V Faroè Farò. Virtue virtù.

T 1 Hinc

Hinc itaque habemus circumflexum accentum ex regula Græcorum, quorum Grammatici inquirunt: omnis syneresis ex Acuto, & Graui, inflectitur, cum itaque sint hæ voces Paroxytonæ, & habebant in pen. Acutum, quem sequitur necessario Grauis in ultima: ex his autem Acuto scilicet, & Graui simul iunctis componatur inflexus planum est; quod virtute habent hæ diphthongi improprie inflexum accentum, eiusq; notas, & apices affigere deberent, scilicet, *â ê î ò û*, ut Græci eiusmodi diphthongis subscribunt iota: sed altero illorum tenorum relicto Graui scilicet, alterum delemus, ut superius ostendimus, qui & si rectius quam Grauis affigeretur vsu tamen artium magistro, in Grauem vertitur, quia in scribendo facilius calamo exaratur: quo etiam Græci sæpius, quam Acuto, in fine vocis utuntur.

improprium habemus aliam diphthongum nempe ex tribus vocalibus compositam *iuo*, quarum primæ *i*, & *v* in consonantes migrant, ut *Giucoco* ideo improprium diphthongum appellauimus.

Est autem syllaba diphthongo producta, ut *Laura*.

De Positione.

Positio, ut apud Latinos, est cum uocalem sequuntur plures consonantes, ut *Arine*. Est autem producta, præterquam in primis syllabis & in uocibus quatuor syllabarum, ubi & prima, & secunda sunt communes, ut interuallo.

De Syllabis communibus

in metro.

Communes habemus monosyllabas voces.

vocales. { Natura, ut *Si, Se, Tv, Te, Che, Ne, Me, Ma. Sto, Do, vo.* & alia multi, ut Pronomina, & Articuli. Per Apocopen, ut *Me' pro Meglio, ve pro vedi, Te,*
excipiunt

Excunt autem uel in } vel { *vel Topro Togli. Die pro Die de Ta' pro Tali. Que' pro Quelli.*

consonantes } *Natura, ut il in, per, pur, Con, Ver, Non.*

Per Apocopen, ut *Huom Vil, Cor, Van.*

Per Paragogen, ut *Od, Ed, Es Ned.*

Communes iterum habemus.

Monosyllabas uoces.

Primas, & secundas in quadrisyllabis,

Primas, & ultimas in omnibus,

Quæ declinando variant accentus: syllabæ unde *ij* remouentur, erunt communes, & produci poterunt, quia antea accentu producebantur, ut *Amalte Amano*, *Ma* in prima uoce est prod. posit. & acc. *V-V* in secunda est per se breuis accentu, scilicet Graui sed uirtute accentus. Acuti, quem declinando recipit, fit communis, & in metro absque ulla pronuntiatione accentus produci etiam poterit *u uel i Vv.*

DE METRIS.



VLLVM est carminis genus, quod patrio sermone nostro non possit copiose abundeq; iisdem numeris perfici, quibus Latinorum, Græcorumq; poetarum scripta referta sunt.

In uniuersum autem a numero syllabarum, quibus constant, nuncupantur. Enumerari itaque solent species decem, videlicet, quæ constant aut

XII	}	<i>I'vorrei pur la uiua uocè intèdere.</i>
XI		<i>Italia mia, bēch' il parlar sia idarno</i>
X		<i>Alessandro ch' al mondo briga diè.</i>
IX		<i>Metta le man nella scarfella.</i>
IIX		<i>Chi ci uouole udir cantare.</i>
VII		<i>Rettor del cielo, i' chieggo.</i>
VI		<i>Mai non uo piu cantar.</i>
V		<i>Com'io soleua.</i>
IV		<i>E sol mi sto.</i>
III		<i>O'l perde.</i>

Maiores utimur in Heroicis, aut Elegis, versiculos autem, eosq; minutiores ad Lyrica poemata accommodamus, & ad amores: nonnunquam ad ea, quae vulgo celebrantur Adagia conscribenda; quae vulgo dicuntur FROTTOLA.

De varijs appellationibus Poematum.

EX hac varietate carminum varia etiam Poematum species conscribitur. nam aut sunt

Verfi

versi sciolti.

Terza rima, *vel* Terzetti.

stanze, *sem* Romanzi.

sonetti.

canzoni.

scitine.

madriali.

ballate.

Frottole.

atque haec omnia, quia certis quibusdam numeris sibi inuicem respondentibus adstringuntur, inde appellantur una eademq; uoce RIME.

Rationem componendi carminis cuiusq; generis intactam relinquo. eget enim negotium hoc maioris inquisitionis, nec ad institutum nostrum pertinet id explicare, quod Poeticae tractationis proprium est. Extant autem elegantissime scripta doctissimorum quorundam de ea re uolumina, praesertim Caroli Lenxonij, cisis nostri omniq; doctrinarum genere maxime exercitati Claudij Ptolomeij nobilis Senensis, ex eorum itaque fontibus copiose hauriant, qui in componendis carminibus ueram aliam quam laudem consequi cupiunt. Nos enim pauca haec, quantum ad praesentem institutionem pertinet, dicenda duximus.

De Carmine duodecim Syllabarum.

VERSUS XII Syllabarum ex Hendeca syllabis proficiscuntur, cum pulso scilicet Trocheo ex ultima sede, ut venga - V reposito in eius locum Dactylo, ut vengane - V V. Vocatur autem à celeri illa pronuntiatione finis verso sdrucchiolo. eoq; utimur in aequabili & temperate

T 4 perate

perato genere dicendi, cum præsertim studemus, ut numeris metrorum alligata oratio solutam orationem præ se ferat: si nulla fuerit exornatio in fine carminis similiter desinentium vocum; sibiq; certo quodam ordine respondentium, quod nos appellamus RIMA, vel à Rhythmus (ut ego arbitror) vel à RIMOR, quod est studiose quarere, & scrutari, ut labor ille conquirendi similiter desinentes voces significetur: faciunt autem hunc Rhythmum in Monosyllabis vocalis ultima nulla habita ratione consonantis antecedentis ut NO, STO, DO. & in Poly syllabis vocales penultima, & ultima cum sua media consonante, ut CORE ERORE. vide in utraque voce esse penultimam O, & ultimam E, mediamq; inter illas R. ita Terra, Serra, in penultimis esse E in ultimis A: inter has vero duplex RR, & sic in alijs obseruabis.

VERSO SCIOLTO.



VIA nullis legibus Numerorum similiter desinentium in ultima sede alligantur hi versus, iccirco patrio sermone nostro vocantur VERSI SCIOLTI, quæ eo magis accurata, ac diligenti animadversione indigent, ut auribus placeant, quo suauiori sui parte spoliatur, quæ est in Homoeotelentis, ut diximus. Primas autem in hoc scribendi genere tenet Aloysius Alamanni, quem multi alij haud infeliciter secuti sunt, qui usque ad nostram hanc ætatem floruerunt: quorum dici potest fuisse hoc inuentum, quippe quod apud antiquos nullis literarum monumentis mandatum fuerit. sunt autem versus syllabarum XI Hendecasyllabi.

TERZA RIMA.



VIA tertio quoque versis ultima vocis terminatione sibi respondent, ibique clausula sensum perficiunt frequentissime vocantur Terza Rima: eo autem numero sibi respondentia excogitauit primus omnium Dantes, ut Heroicum carmen eadem metri ratione representaret, quod in capita diuiditur, quæ à nobis vocantur CAPITOLI, ut Dantes comædia, & Petrarchæ

trarchæ triumpho. Quamuis eodem genere metri utamur in Elegis conscribendis: & Amatorijs rebus Epistolarumq; argumentis: & Satiræ, Historiæq; ipsi sit maxime hoc genus carminis accommodatum.

STANZE.



IOANNIS Boccacij civis nostri inuentum dubio procul feruntur ambitus ij, & longæ periodi octonis versibus explicata, quas ea de causa, quia ibi stat eoq; cadit conclusio sensusq; propositi argumenti, aut narrationis, iccirco STANZE, vel à numero carminum Ottava Rima vocantur: quorum primi vsque ad sextum, alternis sibi respondent in postremis vocibus similiter desinentibus: bina vero, quæ sensum perficiunt, quæ iccirco vocantur La chiaue, eadem Homoeotelentia habent. Atque id Heroicis carmen si cum superiori comparetur, appellari iustius potest, & si scio longe aliter sensisse multos, eosq; doctissimos, quorum rationes in præfati non datur locus infirmandi, quod tamen facile possem nam alio prope rat oratio nostra, quæ non Hendecasyllabis, sed Hexametris Heroicis componi etiam apud nos breui aperiam.

SONETTI.



PARTI illi poëseos, quam Græco vocabulo appellabant Latini Epigramma, respondent metra illa, quæ nos tamquam perfectum poemati, vocamus SONETTO, quod Hendecasyllabis quatuordecim consistat, et si apud maiores rudiore illi seculo nullus certus prefixus erat terminus, nempe qui post xiiij. addidit minuiore versiculi ipsi resp. de. e. Rhythmo, statimq; binos versus sibi respondit sibi consonos in fine, quæ simul cū

superiori versiculo vocabant la chiaue, iterumq; atque iterum alijs eiusmodi adiectis pro arbitrio longius producebant Epigramma. quem modum scribendi adhuc seruant, qui ridiculi aliquid narrant animi gratia, aut quos Archilochi rabies armat: dente Theonno maledicos atque dicaces, & qui mendici parasitantur, ijsq; iocis, & facetijs illiberalibus insinuant se in alicuius familiaritatem, (vt Hor. aiebat) Vnctum qui recte ponere possit, nempe quos aliena viuere quadra quacunque ratione delectat, cum sua non possunt. Est autem breue hoc poema aptum ad laudem, & ad grauiorem uituperationem Itemq; ad amores, est magno opere accommodatum eiusq; nitorem, & elegantiam Francisco Petrarche debemus.

Constat paribus quatuor, quarum prima, & secunda a numero uersuum quatuor, quibus eque conflantur, dicitur Quadernario primo. & Quadernario secundo. Tertia, & Quarta a tribus carminibus, quibus pariter ambo complectuntur, appellantur Primo Ternario, & Secundo Ternario. Respondent sibi prima, & secunda pars Rhythmo. Tertia item, & Quarta similiter cadentia habet a superioribus separata.

Primi autem quatuor uersus cum secunda parte consentiunt quatuor modis, uoce similiter cadenti duabus rationibus, nam priori modo, eoque usitato ac frequenti. quartus, quintus, & octauus uersus primo respondent. Tertius uero, sextusq; , ac septimus cum secundo accommodantur. hac scilicet ratione.

I	suono	1	}	suono	1	}	ONO			
	Core	2		sono	4					
	errore	3		ragiono	5					
	sono	4		perdono	8					
	vide eodem Rhythmo respondere sibi									
	Ragiono	5	}	core	2			}	}	ORE
	Dolore	6		Errore	3					
	Amore	7		Dolore	6					
perdono	8	Amore		7						
pariter consimiles Rhythmo.										

iterum

Item alio modo alternis. s. tertius quintus, & septimus primo respondent. & quartus, sextus, & octauus secundo.

II	Rimena	1	}	Rimena	1	}	FINA			
	Famiglia	2		vide respondere sibi.	Fitomena			3		
	Filomena	3		Rasserena	5					
	vermiglia	4		piena	7					

	Rasserena	5	}	Famiglia	2			}	}	in I-GLIA
	Figlia	6		vermiglia	4					
	Piena	7		Figlia	6					
Ricòfiglia	8	Ricòfiglia		9						

vel paulo diuersa ratione a superiori.

III	Vidi	1	}	Vidi	1	}	VIDI			
	Dolcezza	2		vide consentire	Nidi			3		
	nidi	3		Lidi	6					
	Sprezza	4		Stridi	8					

	Apprezza	5	}	Dolcezza	2			}	}	in EXZA
	Lidi	6		sprezza	4					
	Bellezza	7		Asprezza	5					
stridi	8	Bellezza		7						
item consentire										

vel

Vel alternis respondent sibi primo quaternario servato ordine prioris modi in secundo.

III	I	Idaspe 1	} <i>vide respondere sibi</i>	Idaspe 1	} <i>in ASPE</i>
		pendice 2		Caspe 3	
		Caspe 3		inaspe 6	
		Fenice 4		Aspe 7	
	II	} <i>pariter consonare</i>	cornice 5	} <i>in ICE</i>	pendice 2
			inaspe 6		Fenice 4
			Aspe 7		Cornice 5
			Felice 8		Felice 8

Ternarij, qui sequuntur ita sibi respondent, ut primus liber, ac solus sit numeris, secundus vero singillatim singulis ordine eodem tertio respondeat, ut triplex sit & hylmus, in hunc modum.

I	} <i>vide respondere sibi in primo, & secundo.</i>	Tutto 1	} <i>in VP TO</i>	Tutto 1	
		Souente 2		Frutto 1	
		Vergogno 3		Souente 2	
		} <i>pariter in primo, & secundo:</i>		Frutto 1	} <i>in ENT B</i>
	Chiaramen (te 2		Vergogno 3		
	} <i>& deniq;</i>		Sogno 3	} <i>OGNO.</i>	
			Sogno 3		

Vel

Vel alternis, & erunt duo similiter de sinentia, ut

II	} <i>vide respondere sibi</i>	Felici 1	} <i>in ICE</i>
		sante 2	
		Amici 3	
	} <i>pariter</i>	} <i>in ANTE</i>	Amante 4
			mendici 5
			inante 6


Vel diverso modo à priori immutatis locis trium terminationum similium, ut

III	} <i>vide respondere sibi</i>	Pianti 1	} <i>in ANTI</i>
		Mentre 2	
	} <i>item</i>	} <i>in EMBRA</i>	Lontane 3
			Rimembra 1
	} <i>denique</i>	} <i>in ANB</i>	Amanti 2
			Humane 3

vel duabus similibus vocibus tres simul iunguntur.

III	} <i>vide consensu tunc secum.</i>	Beltate 1	} <i>in ATE</i>
		Gloria 2	
		Memoria 3	

Vittoria



{	Vittoria 4	vide pari	}	in O- RIA.
	pietate 5	ter respon- dere sibi simul		
	Honestate 6			

similiter desinentium uocum habes exemplum apud Virg. in primo Aeneid. II.

- » Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat,
» Seque ortū antiqua Teucrorum a stirpe uolebat.

Nostrum hoc placuit addere in doctissimum, ac nobilissimum audi-
torem nostrum ad Philosophos magna cum laude profectum.

P ianta gentil, onde l' ameno lido
Del Tosco fiume, e' l' seno a Cinthia, e Flora
Lieta, e ridente tutto hoggi s' infiora,
E spera alzar al ciel sua fama, e grido.
D eh, per l' ardente amor del patrio nido,
Mentre Febo, e campagne, e piaggie indora,
Poss' io mai per uoi dir: Nell' estiuua hora
All' ombra de' miei rami io pur m' affido.
C inga l' ornata chioma il degno lauro.
Rendan le gratie bella ogni uostra opra.
La sagra Dea noi fauorisca solo.
I l nome, tosto chiar da l' Indo al Mauro,
Come a chi per uirtù s' erge, e s' adopra,
Veggiam prendersi al ciel l' ultimo uolo.

illud de eo, quod Horat. stulti ait esse, seruare inui-
tam.

Aspra

Aspra doglia, che' l' cor m' ancidi, e spezzi
La ricca tela a l' alta impresa ordita,
Da' regni Stigi a noi turbare uscita,
Iui ten' ua; iui te l' empio apprezzzi.
Qual' i tuoi occhi a lagrimare auuezzi
Heraclito fur gia; se ben la uita
E piu che mai dal suo sentier smarrita;
Non siano i miei, altri gli brami, e prezzi.
Io teco riderò il uano, e' l' folle
Consiglio altrui, Democrito, anz' l' mio,
Che contro ogni uoler, mio uoler sprona.
A che dunque leuar, chi cader uolle?
A che sparger buon seme in terren rio?
Stolto è ch' in tal oprar spera corona.

Quod igitur precipiunt periodum expleri singulis partibus, vel ad
summum duabus tantum coniunctis simul concludi, id in praemissis ex-
emplis cognosci potuit.

CANZONI.



Vomnium uenustissimum, ita etiam difficillimū
est poematis genus, nempe quod lectissimis uocibus
componitur, & ad uarios numeros, et ad omnia ar-
gumenta accommodatur, quod nos à cantu (ut odia
Latini Graeca uoce) appellamus CANZONI. se-
cantur in sua membra, quae appellatur ST ANZE.
Quarum sanè numerum, una cum uocibus similiter desinentibus, ut
uisum poetae fuerit, collocare liberum est: versiculosq; quibus locis resti-
congruere iudicauerit, Hendeca syllabis, quibus in uniuersum constat, ad-
miscere. Franciscus Petrarca, qui omnia, haec politiora reddidit, neque
pungiora membris decem, quae uersibus ad summum viginti complerentur.

habes

Habent igitur Membra, & versus numero uarios, ut ostendam.

Memb. Ver.

10 15 Quell' antico mio dolce empio signore.

10 13 Vergine bella, che di Sol uestita.

8 20 Nel dolce tempo della prima etade.

7 11 Che debbo far, che mi configli Amore?

7 13 Ben mi credea passar mio tempo homai :

7 14 { O aspettata in ciel beata, e bella:
Spirto gentil, che quelle membra reggi.
In quella parte, doue Amor mi sprona.

7 15 { Tacer non posso, e temo non adopre.
Una donna piu bella assai, che'l Sole.
Perche la uita è breue. (10.
Amor!, se uoi ch'io torni al giogo anti-

7 16 Italia mia, benchè'l parlar sia indarno.

7 17 Si è debile il fine, a cui si attiene.

7 18 Tuo pensando, & nel pensier m'assale.

6 9 S'il dissi mai, ch'io uenga in odio a quella.

6 11 Quando'l suauo mio fido conforto.

6 12 Standomi un giorno solo alla finestra.

6 13 Se'l pensier, che mi strugge.

5 10 Lasso me, ch'io non so, &c.

5 12 Solea da la fortuna di mia uita.

6 15 { Qual piu diuersa, e nuoua.
Poi che per mio destino.
Mai non uo piu cantar.

Chiare,

5 13 { Chiare, fresche, e dolci acque.
Di pensier in pensier, di monte in monte.

5 14 Ne la stagion, che'l ciel rapido inchina.

5 15 Gentil mia Donna, i' ueggio.

Inter hæc membra non posui Epilogum, quia in postrema parte positus modo plures, modo pauciores uersus complectitur, in eoq; sæpius est
Δpostropha orationis ad Poesin, in ora hominum paulo post exciturā, &c

Canzone, io t' ammonisco,
Che tua ragion cortesemente dica,
Perche tra gente altiera ir ti conuiene.
& que sequunt.

Is tamen in his duobus tantum apud Petrarcham desideratur

Lasso me, ch'io non so in qual parte pieghi.
Mai non uo piu cantar. com'io soleua.

Hendecasyllabi sæpius primam sedem occupant huius poematis, & partium membrorumq; ipsius nonnunquam etiam breuiores uersiculi, ut hæc apud Petrarcham.

Chiare, fresche, e dolci acque.
Qual piu diuersa, e nuoua.
Se'l pensier, che mi strugge.
Perche la uita è breue.
Gentil mia Donna, i' ueggio.
Poi che per mio destino.

V

H'o

Homoeoteleuta in media sede carminis superiori finali respondentia posuit semel Petrar. in ea ode, cuius initium est.

Mai non uo piu cantar, com'io soleua,
Cb'altri non m'intendeua, onde bebbi scorno.

Vide intendeua consonare cum voce finali superioris versus Soleua.

Est alia species huius Poeseos; quae uocatur Distesa, & membra sua habet ex versibus septem, quorum secundus, & postremus sunt Heptasyllabi, ut apud Petrar. cham.

Verdi panni, sanguigni, oscuri, e persi.

Varia sunt similiter cadentia, in primo membro, quae in caeteris eodem ordine ac modo ipsis respondent usque ad finem, ut

ST. I	}	Perfi 1	}	Dolerfi 1
		Vnquanco 2		Manco 2
		Attorse 3		Forse 3
		spoglia 4		Voglia 4
		Libertade 5		Rade 5
		softegno 6		sdegno 6
		Graue 7		suaue 7

sofferfi

ST. III	}	sofferfi 1
		Anco 2
		Morse 3
		inuoglia 4
		Humiltade 5
		Vegno 6
		Chiaue 7

idem in us quinque, quae supersunt, obseruabis.

Præterea prima sedes quarti uersus respondet Rhythmo primis sedibus aliorum, qui in reliquis membris subinde sequuntur, ut ibi.

si bella initium est quarti uersus in primo membro.

rappella in secundo.

Rubella in tertio, & sic deinceps.

Item sextus quisque uersus eisdem habet consonas voces in primis sedibus, ut

seco mi tira in primo membro.

Ogni delira in secundo.

Orgoglio, & ira in tertio.

SESTINE.



NUMERO carminum, quot, totidem eius membrorum continentur si fuerit simplex, (est enim Duplex, quae duodecim membra complectitur) uocatur alia species huius Poeseos SESTINA, quae ex Heptasyllabis tantum conficitur, & habet Epianaphoram earumdem uocum in alijs membris, quae in primo posita fuerint, sed diuerso ordine, ut sequentis membri primus uersus

versus respondeat ultimo superioris. Secundus vero respondeat primo tertius penultimo. Quartus secundo, Quintus antepenultimo. Sextus tertio superioris: & sic in alijs sequentibus membris pari modo, ut denique ultimus versus totius odes respondeat primo prioris membri: exempli gratia

I	{	Terra	1	}	I	Alba	6
		Sole	2		II	Terra	1
		giorno	3		III	Selua	5
		Stelle	4		IIII	Sole	4
		Selua	5		V	Stelle	2
		Alba	6		VI	Giorno	3

III	{	1	Giorno	V I
		2	Alba	I
		3	Stelle	V
		4	Terra	II
		5	Sole	IIII
		6	Selua	III

Et deinceps eodem modo: & notandum postremas carminum voces habere substantiuas dissyllaba tantum, etsi per poeticam licentiam, sed raro in bonis etiam auctoribus, & trisyllabum, & adiectiuum inuenies: & Epilogum constare ex uocibus, quæ in ultima carminum sede locatae fuerant, ut, ne à superiori exemplo discedamus.

Ma io farò sotterra in secca selua.

E'

*E'l giorno andr'à pien di minute Stelle
Prima, ch'a sì dolce alba arriui il Sole.*

MADRIALI.




DESIGNAM, quam vocant canzone, simile est psallum illud carmē, quod dicunt MADRIALE lepidum sine & amoribus, & iocis aptū constans ex Hendecasyllabis, eoque numero, qui uisus fuerit scriptori. sed non maiori uersibus decem, aut minori octo composuit Petrarcha. iuniores inferere non dubitarunt uersiculos, & ad res serias conscribendas ipsum

accommodare: eorum Rhythmos apud Petrarchā obserues uarios in his tribus.

*Non al suo amante piu Diana piacque. &
Per che al uiso d' amor portaua insegna. &
Hor uedi Amor, che giouinetta Donna.*

BALLATE.



REVE admodum uersiculisque minutioribus sepius cum Hendecasyllabo permixtus est carmē, quod uocat BALLATA, quod saltationibus symphonia eiusmodi sit magnopere accommodata: que ut simplex, & duplex fertur ab alijs grammaticis esse, ita id nihil faciens, & ad Poete ipsius imitationem studiosos eius rei imitans, ipsum dicendi magistrum,

uel si placet, etiam optimos quosque inferioris ætatis scriptores, ut sequantur hortabor. Id autem exempli loco habeas apud Petrarchā.

Lassare il uelo, o per sole, o per ombra.

V 3 Agrestis

Agræstis musa, rudis profecto, & inculta, sed in eo genere apprime suavis, & facetiarum plena, ac leporum. qua rustici homines amicas suas misere amare querulis vocibus canunt, & hoc ipso, & alijs poematis generibus constat; quod & apud Latinos, & Græcos numquam adeo pro qualitate, & condicione personarum, aut in agris, aut in sylvis degentium ad id exprimendum accommodatum inueniri potest. Quippe cū Bucolicum carmen Hexametro, eoque; grandiori ampullosoque; sapientia compositum Latini, ac Græci poetæ: ubi nos inseruientes personis, & argumenta, & similitudines, stylumque; eius rei lepidissimum, præcipuum, ac peculiarem habemus. Vocantur autem La Beca e la Nencia. Idque; quod ad Citharam dicunt RISPETTI. Cantiancule autem, quas inter puellarum choros saltantes adhibent, intercalares versus frequenter habent, quos uniuersus simul chorus magno clamore arripens sonitu omnia implet non sine ingenti risu, & voluptate circumstantium. Vocant autem il RITORNELLO: qua cum vulgo circumferantur, ut facile videre quis, & habere possit, omittenda duxi exempla. Illud tamen non grauabor addere, quod eodem pastorali (ut ita nunc loquar) carmine serias nonnunquam res, & ad Dei laudationem pertinentes, & denique diuinas explicari elegantissime ab isdem personis etiam inter saltantium choros, apponit exemplum de Natali IESU CHRISTI, ut quis simplicitate in rudis illius populi magna cum religionis ueneratione comitantium apprime contempletur.

Faccian festa, & giulleria,
Che gli è nato il uer Messia.
Colui ch'è signor del Cielo
Incomincia a patir gielo,
Per leuarci il mortal uelo
Della nostra ricadia.
Faccian festa, & giulleria, &

Et sic deinceps repetendas his intercalariis post singula membra omnia arcana, sacraque; huius diei mysteria canere prosequuntur.

Adde his Fescennium hæc etiam eodem metri genere expressum, nulla cum circuitione uerborum. aliquando uero elegantissimis metaphoricis, qua personati homines, tum pedites, tum etiam equites ciuitatem intrantes

Frantes in Bacchanalibus ante ieiunij sacri tempus in malos mores ciuium quotannis inuehebantur, quo ut nihil salubrius erat, ita nihil aspectu ornatius, animoque; incundius, & ad urbis magnificentiam pompa illa, qua ferebantur, aptius excogitari, & inueniri potuit. In isdem etiam ludis canebantur amores, & increpabantur puellæ collectis multis Amphibolis, quibus orationis uenustas continebatur, cum aliud exprimerent uerba, aliud allegorice significaretur. sed de his hæc tenus. Extat talium poematum uolumen varijs horum ludorum carminibus repletum, cuius titulus est Canti, e Mascherate Carnescialeche, inde igitur petat, qui cupit uarietatem hanc intueri.

FROTTOLA.



VAE ad vitam bene regendam salutaria essent præcepta, consueuerat antiqui, nec ij quidem doctiores, sed seniores sapientius, ea ipsa carmine exprimere, quod septem syllabis constaret, & ab ingenti numero illorum (numquam enim edebant eiusmodi carmina nisi copiose multiplicassent) uocabant FROTTOLA, eaque; alligabant binis deinceps uocibus similiter desinentibus. Pulcius, & Bemuenius in ea re antistarunt alij superiori etate. Inferioribus temporibus Aloysius Alamannus hoc metri genere paulo immutatis Rhythmis composuit Regi suo carmina, quæ appellauit Ballate, & Hinni.

DE VERSV HEXAMETRO

POSTEA QUAM veterem illam rudem, & inconditam rationem metrorum, qua uelantur superiores poetæ misere excoluit, & exornauit Franciscus Petrarca, ut rudioris eius sæculi asperitate deposita, elegantiora iam politioraque; facta fuerint, & tamquam nascentia iterum omnium ore probari ceperint: qui deinceps inferioribus temporibus sequuti sunt poetæ, per spectat.

iucunda hæc, & polita carminum cultura, in tam illustri loco posita, & perfectius nil, in eoq; genere maius excogitari posset, quippe quæ numeros omnes artificij summorum Poetarum longe superasset, intentatam diu reliquerunt partem illam componendi carminis, quæ ex Dactylis, & Spondæis Heroicum grandi illo sublimi dicendi genere poema constituit. quod & si Virgilij Homeriq; numeros imitati facillime nulliq; cum negotio aggredi potuissent: tamen eorum splendor, quæ expolierat Petrarcha adeo in sui contemplationem illos rapuerat, ut insignis huius elegantie admiratione satuari nequiverint, in eo tantum occupati, quomodo facile ipsis foret, tanti Poetæ exemplum præ oculis vsque habentes, carminis egregie eruditi magnopereq; elegantis dignitatem consecrari: & si frustra se niti videbant, neque aliud, laborando, nisi inanem operam sumere, nulliusq; nominis famam lucrari se posse intelligebant, nitiq; caratis pennis, quo denique in medijs fluctibus mergeretur, tantum abest, ut noua suo ingenio excogitarent, & quod fieri facillime solet, aliorum egregijs monumentis aliquid adderent: cum ea, quæ ab alijs acceperant assequi sibi aliquando facile esse desperarent.

Cum itaque tamquam Endymionis somnium obdormissent, ea carminum suauitate, quam mirifice amabant delinuti: magnus quidam videlicet vir & sapiens, & patriæ pietati satis se facturum arbitratus, si non solum in bonis artibus, & grauioribus disciplinis, quibus ei plurimum profuit, sed in oratione etiam locupletanda, ornamento illi foret, & utilitati, tentauit Hexametra condere, & sane condidit, quarum vestigia adhuc optimi illius conatus pulcherrima extant. Vestigia autem diuini nam & si Leonis Baptistæ Albertij diligentia (cur etenim de his litteris optime meritum ciuem, & si per se clarum, atque illustrem honore tamen suo in hac re fraudare debeam?) factum est, ut genus hoc carminis, quam facillime oratio nostra caperet, omnes cognouerint, non tamen ausi sunt conatus illos vlla ratione fouere, credo desperantes, quæ paruis initijs creuissent, se posse perficere: & ideo ueritos, ne, ut vetustioribus illis euenerat, si quis paulo elegantior Poeta claruisset in posterum, suam omnem dignitatem deprædaretur, ipsorumq; nominis tenebras magnas obsunderet. Inchoat igitur, & imperfecta res fuit, quatenus Lucas Pulcius in hoc dicendi genere maxime exercitatus, ex sanctam Albertij Musam è tenebris eruit. frustra autem, & ipse (ut primus eius rei auctor) id expertus, nullum inuenit, qui eiusmodi studium confectaretur. quomobrem ad multos annos neglecta iacuit iterum hæc poësis: donec egregius ille neque unquam satis laudatus Claudius

dius Ptolomeus (quem paulo ante nominavi, tum in Epistola, tum in alijs suis monumentis doctissime, elegantissimeq; a se conscriptis Hende casyllaba hæc, quibus utimur, non explere Heroici versus dignitatem avertissimis, optimisq; rationibus cum probasset, facillime illexit in hoc studium incēdētq; ut illud audacter capefferent, multorum animos, quos doctissimi illius viri auctoritatem secuti, & honeste laudis desiderio incensi, multa Epigrammata eo numero metri modo è Latinis, vel Grecis accepta verterunt, modo ex suo ingenio excogitarunt, quorum aliqua formis excusis una cum quodam volumine de ratione huius studij à doctissimo illo viro in lucem edito, circumferuntur. sed neque is vel paulo quidem meliorem fortunam quam superiores ij, expertus est: nouam enim hanc Poësim (ita namq; vocabant) qui laudaret, aut probaret, vel sequutus sit, hæctenus inuenitus est nemo. Vnus tamen his temporibus (quod ego sciam) insignis eruditionis, & doctrine vultus Roscius Eques Hierosolymitanus eiusmodi poematis genere mirifice delectatus est, ex quo sapius magnam se coepisse voluptatem affirmauit, & sanè re ipsa ostendit: siquidem Epigrammata eo metri genere edidit, ita de Latinis ea decerpens aliquando, ut cum ipsorum iuauitate conferri possint. Neque enim deterruit eruditum hunc egregiumq; ac fortem equestris ordinis virum fortuna, quæ paruis ferè, nec satis firmis initijs pusilla etiam, ac tenuis offerri solet: ut scilicet non satis duratura videantur, quin potius breui sint interitura, cum subinde exoriatur alij, qui (ut paulo ante dicebam) ad ea, quæ ab alijs inuenta sunt, aliquid è suo depromptum ingenio afferentes, tamq; in suam possessionem migrasse, & suo id iure quodammodo vindicare potuisse consueant. Neque enim gloriola huius uel mediocriter quidem appetens est, quam sibi ab alijs præcipi æque ferat: sed eam id sollicitabat, quod minus le admodum deseruisse oēs uidebat Poësim paulo ante a tanto viro (ut dixi) illustratam, causam hanc afferentes: quod dicerent nullam inde se suauitatem auribus iucundam captare, non animaduertentes quam magno in errore versentur, nam & exercitatione, neque ea quidem parua eget hoc studium, quod temporis diuturnitate non sine multorum diligentia expoliri potest. Quæ enim obsecro elegantia plena, & ita iucunda auribus carmina posteriores habuissent, quæ nobis iunioribus traderent, si maiores illorum cum prima eius studij iacerentur fundamenta, inepta, insulsaq; carmina sua risissent, ac neglecta à se intentata esse voluissent: ut exenpli gratia illud Guiltonis Arretini,

Donna

Donna lo reo fallir mi spauenta
Quando mi membra lo mio cor fallace
La fellonia, come daua intenta
Distare a uoi fiero, & contumace.

Quod quis nūc nō videat quodammodo, si cum Petrarcha illo confereat, quod postrema parte his, quae citauimus, respondet?

Donna, che lieta col principio nostro
Ti stai, come tua uita alma richiede,
Assisa in alta, e gloriosa sede,
E d'altro ornata, che di perle, e d'ostro.

Quemadmodum igitur longa exercitatione, & usu tantopere expolita sunt haec carmina, ut tandem politius aliud dici non possit: ita etiam si ea ipsa frequentarentur, quis dubitat breui equatum iri eorum dignitatem cum his, quorum ingentem suauitatem nunc admiramur? Atque haec causa est, quare aurium voluptatem non expleant, & auditui inuicem uideantur, quod, scilicet comparatio illustris horum numerorum, quibus assuetas aures habemus, infirmitati, & summae elegantiae coris qui adhuc rudes sunt versus, nec tantopere exculti, nimium obest. Risit quippe antiquitas puerum Orpheum cithara canentem, quem grandior aetate, & longo usu edocuit si fabulis credimus; uel ipsa etiam saxa, & arbores audierunt; quae conuulsa solo, è suis scopulis abscissa, ut blanda eius modulatione oblectarentur ad illum frequenter properasse dicuntur. Non igitur negligant in posterum hanc poesim hominem nostrum: & praclaris suis ingenijs studeant Heroicum carmen suis numeris perfectum, & omnibus partibus absolutum exornatumque; aliquando reddere: quod, ut alia quae tentarunt, felicissime, & ex animi sententia euenturum puto.

Constat autem sex pedibus, ut apud Latinos, Dactylo scilicet, & Spondeo indifferenter positus, praeterquam in quinta ubi Dactylus, & in sexta ubi Spondeus locatur. Elisio autem uocalium fit ubi littera subseribitur (ut quidam uolunt) puncto, ut in diphthongis improprijs apud Graecos, uel iudicio eruditi lectoris relinquatur. Vari ratione habebis

his pentametrum, quae apud Latinos componi consuevit: atque his exemplis utrumque.

send'in -- megrauì - vv da se -- Maschi, o

o - femin'ha - vv uesse - -

A far -- miama - vv dre - vollefa - vv per da De - vv i.

Est autem Epigramma hoc Pauli Roscij, illius, quem nuper nominavi, sed prius Latinum ponam, ut simul nostra cum Latinis conferri possint.

Cum mea me genitrix grauidam gestaret in aluo,

Quid pareret fertur consultiisse Deos.

Mars est Phœbus ait: Mars scæmina: Iunoq; neutrum;

Cumq; forem natus Hermaphroditus eram.

Querenti letum Dea sic ait, occidet armis:

Mars cruce: Phœbus aquis: fors rata quæq; fuit.

Arbor obumbrat aquas, ascendo; decidit ensis,

Quem tuleram: casu labor, & ipse super.

Pes hæsit ramis; caput incidit amne; tulitq;

Fœmina, uir, neutrum, flumina, tela, crucem,

Letum

Sendo in me grauida, se Maschio, o femmina hauesse

A far mia madre uolle saper da Dei.

Femmina Marte dice, il Sol maschio, neutro Giunone.

Veccoti nascendo c' Hermafrodito sono.

Chiede saper la fine; la Dea dice d'armi; di forca

Marte; il Sol d'acque, tutto riesce uero.

L'onde mira un frutto, su salgoui, scorro; ni resto

Penzolo; la spada, ch' esce, mi punge; beo.

Si la mia, ecco, uedo mort' essere, i Diui ueraci,

Huom, Donna, e Neutro, l'armi, la forca, i riuu.

Eiusdem apponam aliud a Latinis acceptum, quod ut conferri etiam possit, cum Latino coniungam.

Casij

Cassij Parmensis Orpheus.

*Arguta primum cum sceptris parentis, & auro
 Distinctam sumpsit cytharam Rhodopeius heros,
 Ridebant segnes pulsus digitosq; micantes
 Serius, & chordis indocta dissona uocis.
 Mox pudor exardens, & gloria dulcis honesti
 Lusibus auertit puerilibus. omnis & illuc
 Perditus incumbens Musæ pallebat amore.
 Et nunc maternis inhiat, nunc illæ paternis
 Cantibus, hinc illinc discens dependet utrinque.
 Nulla Venus faciem cepit mentita dolosis
 Compedibus; somni fuerat parcusq; Lyæi.
 Donec ridiculus dudum modulamine syluas,
 Euulsoq; suis scopulos radicibus egit.
 Ausus & ire uiam mortalibus inconcessam
 Pœnarum oblitos demulsit carmine manes.
 NON LEVIS ASCENSUS; si quis petit ardua, sudor
 Plurimus hunc tollit: nocturno ex somnis oliuo
 Immoritur: delet quod mox laudauerat in se,
 Qui cupit æternæ donari frondis honore.*

*A l'or che prima il bel plettro, e l'aurea cetra
 Mosse per apprendere lo stil, che serba famosa
 Argo la prima nauè, che solcasse onda marina,
 Fanciullo Orfeo dal suo dottissimo padre
 Il biondo Apollo, rideuano i circostanti,
 Stando a mirarlo, che non a tempo mouesse
 Le dita, e'l plettro, e non accordasse la uoce
 Debile col suono pur languido, ed interrotto.
 Onde, com'auuiene d'anno, ch'è nobile, ed alto,*

Nel

*Nel suo bel uolto spargendosi tinta d'honesto
 Rossor Vergogna, di desir ardendo d'honore,
 Toltofi a' trastulli puerili, in giuoca si diede
 A Palla, ch'egli ne diuenne pallido amando.
 Non Venere alcuna, fingendosi diua celeste,
 Con sue fraudi poi forç hebbe farsel' amico:
 Anz' hora a' materni, tutt' ora inteso a' paterni
 E suoni, e canti, senza interuallo di tempo
 Spendere in altro mai, parcissimamente uiuendo,
 Di giorno in giorno sempre auanzando si uenne,
 Fin che questi, ch'era primier ridicolo, trasse,
 A le sonore uoci del suo dolcissimo canto,
 A' dolci accenti de la suauissima cetra,
 Con le radici seco le selue annose; i superbi
 Monti; placò le fiere, e rattenne il corso de' fiumi.
 Hebbe ardir anco, per non concessi uaggi
 A persona uiua, penetrar', cantando, l' Auerno;
 E render' placido l'inesorabile Dite.
 Onde Eaco, e Minos, e Radamanto, i seueri
 Giudici d' Inferno, restando attoniti tregua
 Ferno co' dannati, e sospesero i lor tormenti
 Contra i decreti lor. NON COSÌ TOSTO si poggia
 Soura il bel monte, ch'asceser i sommi Poeti.
 SVDASI molto pria, e ueghiansi intere le notti,
 Stentasi; i diletti s' abbandonano, Amico, chiunque
 D'immortal lauro uol illustrarsi la fronte.*

*Item aliud docti, ut apparet, & eruditi, cuius nomen ignoro: suspicor
 elandij Ptolomeij esse. certè cuius sui est. uerit autem e libro Epigram
 matum Politianni.*

In Amicam.

*Allicis, expellis, sequeris, fugis, es pia, & es trux.
 Me vis; me non vis; me crucias, & amas.
 Promittis, promissa negas: spem mi eripis, & das;
 Iam iam ego uel sortem Tantale malo tuam.
 Durum ferre sitim circum salientibus undis:
 Durius in medio nectare ferre sitim.*

*Chiami, scacci; segui, te ne fuggi; sei dolce, sei cruda:
 Vuoi, & non uoi; rechimi doglia, & ami;
 Nieghi, prometti poi: me la toglì, mi porgi speranza:
 Tantalò io più tosto chieggiò la sorte tua.
 E duro della sete nel mezzo all'onde morire.
 Più duro tra'l dolce vino morir di sete.*

Accipe, & aliud eorumdem Auctorum.

In Daphnem.

*Complexus uirides frondosę Virginis artus
 Sic quoque mutata, dixit Apollo, fruar.
 Utq; nouas gustu baccas tentauit, eadem
 Hei mihi seruat, ait, nunc quoque amaritiem!*

*Febo di Dafne sua stringendo le membra mutate
 In lauro; queste, disse, goder mi gioua.
 Ma gustando poi le sue coccole; hor anco riserba*


Ver


Ver me, soggiunse, quell' amarezza sua.

*Planum igitur est nos quoque patrio sermone eiusmodi versus non in
 commode facere posse, multo etiam Latinis meliores futuros, si assidue
 frequentiq; vsu expolirentur.*

FINIS.




ELENCHVS EORVM,
QVAE IN HIS LIBRIS
TRACTANTVR.



<p>A</p> <p>de ARTICULO 2</p> <p>de Articulo disputa- tio 183.</p> <p>209</p> <p>de Articulis cum Apostropha 171.</p> <p>172.173</p> <p>de Articulis subiuñctiuis 5.216.</p> <p>vsque ad 223</p> <p>de Articulorum collocati- one 208.</p> <p>185</p> <p>quam vim habeant 185.187</p> <p>unde deriuntur 186.187</p> <p>Articuli officium faciunt pronomi- na 193.195</p> <p>geminatio litteræ liqui de in Articulo 122.175.213.</p> <p>214.215</p> <p>ACCIDENTIA 5</p> <p>Articuli 3</p> <p>Nominis 5</p> <p>Pronominis 10</p> <p>Verbi 24.25</p> <p>Participij 99</p>	<p>ARTICULO 2</p> <p>de Articulo disputa- tio 183.</p> <p>209</p> <p>Articulis cum Apostropha 171.</p> <p>172.173</p> <p>Articulis subiuñctiuis 5.216.</p> <p>vsque ad 223</p> <p>Articulorum collocati- one 208.</p> <p>185</p> <p>quam vim habeant 185.187</p> <p>unde deriuntur 186.187</p> <p>Articuli officium faciunt pronomi- na 193.195</p> <p>geminatio litteræ liqui de in Articulo 122.175.213.</p> <p>214.215</p> <p>ACCIDENTIA 5</p> <p>Articuli 3</p> <p>Nominis 5</p> <p>Pronominis 10</p> <p>Verbi 24.25</p> <p>Participij 99</p>	<p>Præpositionis 11</p> <p>Aduerbij 123</p> <p>coniunctionis 153</p> <p>ACCENTVS 169.301</p> <p>Acutus 169</p> <p>Gravis 169</p> <p>inflexus 169</p> <p>Adiectiua 227</p> <p>ADVERBIA 127</p> <p>præpositio Articulo sunt nomi- na 211</p> <p>interrogandi, & respondendi in Aduerbijs temp. pagin. 129</p> <p>vsque ad 134</p> <p>loci interrogandi, & responden- di a pag. 134</p> <p>vsque ad 137</p> <p>aliorum significationum adu- a pag. 137</p> <p>vsque ad 148</p> <p>APPFIA verbo 170</p> <p>& longius disputatur pag. 270.</p> <p>vsque ad 275</p> <p>An 58</p>
--	--	--

T A B V L A


Ipsē	18	15	13.14	Participia in Do, quomodo soluntur	107.109
Ille	14.21	Iste	15		
Isthic	15	Hic	15.16	Participia transeuntia in nomina sunt gerundia passiva	109
Nullus	19	Nemo	19.20		
Quicumque	18	Quis	17	Particip. in DO significant omnia, quæ ultimis obliquis	109
Quodcumque	21	Sui	18		
Qui, quæ	16	seipsū	19	Poematum nomina	305
Talis	21	Vnusquisque	19	Partes orationis	I
Propomina monosyllaba affixa			22	Partes declinab.	I
Propomina possessiva his Latinis respondentia			22	Partes indeclinab.	2
Meus	22	Tuus	22	de Prepositione	110
Suus	22	Cuius	23	Præp. separabiles	111
Noster	22	Vester	22	Præpositiones inseparabiles	ibid.
Alienus			23	Præp. significationes	112.113
Particule pro possessivis posite			23	Præp. æquiuoca natis Obliquorum.	115
Poly syndeton			154.155	Præp. quot sint, & quæ quot casus regunt	116
Poetica verba			89.98		117
Partitio			201		
Prolepsis			201		
de PARTICIPIO			98.276	de SYLLABARUM quantitate	I
de terminationibus participiorum			99	300, 303	
de temporibus par.			100	synecdoche	200
de significatione			101	synecope	227
Participia nominibus similia			102	si passiva litteratura	57.58.
Formatio participij in TE			101		
in DO			101		
in RO			102		
in ATO			102		
in ITO			103		
in VTO			103		
in TO præmissa L. aut N. aut R.			105		
in SO			106		
Participia in DO transeuntia in nomina			107		
				Vsus magister loquendi	118
				voces iunctæ geminant sepe	


T A B V L A


de præ initialem	58.214	bum sono	79
de VERBO	24.238	Per utrumque suppletur Poslo, e	
de coniugationibus verborum.		Voglio	79
26		Participia passiva debent consentire cum patiente Infiniti, qui in-	
de præteritis perfectis, & plusquam perfectis, quæ suppletur per habeo, aut sum		de regitur	79
26		vel cum persona infiniti	80
sum declinatum Io sono		de verbis impersonalibus	57.
26		296	
Habeo declin.	32	Impersonalia Actiue vocis	65
Coniugatio prima	38	Impersonalia Passiue vocis	57.
exemplum primæ Amo	38	67	
Coniugatio secundæ	43	Inflexio Intransitiuorum	97.
exemplum eius Video	44	98	
Coniugatio tertiæ	48	de verbis in SCO	95. 96. 97
exemplum eius scribo	48	Optandi modus cur absque	
Coniugatio quartæ	53	A duerbio	141
exemplum eius sentio	53	De formatione temporum	239
de Verbis Anomalis	68	De Themate verbi	239
Anomala primæ	69	de formatione personarum præf.	
Do 69 sto	69	indicatiui	239
Facio 69 Eo	70	De formatione imperfecti Indic.	
Anomala secundæ	72	& eius uocum	243
videor 72 sedeo	74	De formatione Aoristi primi, &	
Debeo 75 Possum	76	eius uocum	245
Teneo 78 Volo	79	De format. Aoristi II. & eius uo-	
Contractæ tertiæ	86	cum	252
Anomala quartæ	86	De format. futuri indic. & eius uo	
Capio 83 Ambulo	89	cum	64.255
Eo is it 88 venio	91	de MODO imperandi	257
Ascendo 90 scio	82	De formatio. presentis Imper	
Debeo 81 soleo	85	fect.	259
Cado 84 Morior	92	De futuro imper.	261
Dico 94.95 Aperio	94	de MODO Optandi	262
Regula quando verba suppletur, aut per verbum HO, aut per uer	253	de præsen. Optatiui	262
		De præter. imperf. Optatiui	


T A B V L A

De futuro Opta.	264	De Ve. su Hexametro	321
De futuro Subiunct.	266		
De MODO Infin.	266.293	Z	
De Passivis	208		
Passiuorum inflexio	60.64	Z Littera.	299
exemplum eius Amor	60		
De Verbalibus	276	FINIS.	




TAVOLA DELLE
VOCI, E MATERIE
PIU' NOTABILI.



A		Calere declinato	66	
		Cadere declinato	84	
	2.115.179.183.192	Caggio	84	
	Affissi 170	Canzoni	313	
	Affissi a verbi	Cascare	84	
	271.272.273.	Cappio, e sua constr.	83.84.	
274.275	Catauna	19		
Al	209.3.173	Ce	22.237.271.218	
Alcuno	20	Cel.	219	
Altri	20	Celo	218.273	
Altro	20	Che 16.161.163.167.175:176		
Altrui	20.33.231	Che unque	17	
Altressi	165	Chi	17.233.235	
Ambo	229	Chiunque	117.223.235	
Amo uerbo declinato	38	Ciascuno	19.236	
Apro uerbo coniugato	94	Ciascheduno	19	
Articolo	2.4.115.116	Cio	21. Cioche 21	
Affolto	104	Cl	97.134.175.218.270.272	
Auerbi	127	Co	21.114.215	
C		Co 1.	2	
		Col	210.199	
		Collo	214	
C	176	Casi delle prepositioni	Con gli	ibid.
		Con lo	Con lo	ibid.
X		4	Colla	

TAVOLA

Colla	215	Dittongi	170
Con la	ibi.	Di	2.111.136.175.179.192.
Colle	ibid.		196.207
Con gli	214	Dicere	95
Con	199	Dico declinato	94
Colui	13	Dolgo declinato	81
Colei	ibid.	Do declinato	69
Coloro	14	Doue	134.135
Con meco	114.126	Duo	229
Cotesto	15		E
Cotestui	ibid.	E	13. 154. 155. 165. 167.
Cotestei	ibidem	E Ed	155
Cotestoro	ibid.	E gli	13.234.58.66.21
Costoro	16.231	Ei	13.165
Come	234.130	Ei	154.184.186.211
Coniug. de'uerbi	26	El	184.185
Coniug. prima	38	Ella	13
Coniugatione seconda	43	En	154.211
Coniugatione terza	48	Esso	Esso
Coniugatione quarta	53	Esto	15.232
Coniuga. de' Passiui	60.64	Esta	233
Conditto	107	Et	199
Composti	114		F
CONGIUNTURA	153	FO declinato	69
Cotale	236	F Fratello	23
Cui	23.17.231.235	Fratello	23
	D	Frottola	321
D	A 2. 116. 136. 179. 192.		G
	207	Gerundi	107.108.109
Dal	209		110
De'	134	Gire	88
De	2.115.179	Gli	4.5.174.213.219.220.
Del	184.209		270.271
Desso Dessa	118	Gliel	221
Debbo declin.	76	Glieli	220.222
		Glielo	

TAVOLA

Glielo	220		M
Guari	131		MA
	H	Mai non	138
H	Auendo e commune	Me'	177
	279	Melo, Mel	219
Ho declinato	32	Medesimo. Medesimo	24
Ho sopplisce i preteriti	68.		236.237
	69	Mi	22.175.218.270.97.171
	I	Mio	22
I	L 3. 173. 183. 189. 184. 185.	Mo	23
	186.209.210.217	Modi de' verbi	26
In	122.175.190.191.216	Mogliema	23
In l'	122	Muoio declinato	92
Intergiezione	148	comune ne' preteriti	93
In questo	233		N
In quella	233	NE	221.211.215.122.216.
Io	12		139.141.156.166.191.
Io medesimo	21		22.171.175.237.270
Ire	88	Nel	210
Irregolari	68.69	Ne'lo	214
Istesso	18	Nello, Nella	122.214.215
Ite	88	Nessuno	20
Iuano	ibid.	Niuno	19.20
	L	Nol	138
L	A 4. 170. 173. 175. 187.	Non niente	ibi.
	215.222.270	Non no	138.143
La doue	135	Nostro	22
Le	4.5.174.223.270	No'l	210
Lei	13.231.234	NOME	5
Li	4.5.213.219	Nomi numerali	230
Lo	4.172.175.183.185.186	Nulla	39
	210.212.213.217.220.270		O
Lor	13	OD	158
Loro	13.23.220.231	Onde	135
Lui	13.231.234	Oue	130.134
		Paio	

TAVOLA

P		R	
PAio declinato	72	REdire	89,90
Participio	99		
Per	1.123.136.163.191.192. 211.214.219	S	
Pel	123.210	Salgo declin.	90
Pe'	123.211	Scrivo declinato	48
Per fino a quanto	131	Se'	177
Per fin doue	136	Segni de casi	2 179
Perche	157.161	Se	18.65.156.175.231
Posso declinato	76	Se stesso	19
PREPOSITIONE	110	Sento declin.	53
PREPOSITIONE inseparabi		Seggo declin.	74
le	111	Senza	126.137
PREP. separab.	ibid.	Selo, Sel	218.219
		Sestine	317
		Sil	219
Q		Signific. delle prep.	112.113
QVE'	177	Si terminatione passiva	57.
Quello	14.231		64.65:66
Quella	14.187	Sirocchiata	23
Quegli	14.321	Signorso	23
Que	15	Si	22.171.175.208.270
Quei	15.232	So	23
Quel	15.126.232	Sono decli. 26. sua const.	234
Questo	15.232.233	Sono sopperisce per i prete	
Questa	15	riti	79.68
Questi	15.232.233	So declin.	82
Quale	17.71	Soglio declin	85
Qualunque	18.235	Sonetti	370
Quando	129.130.157	Stesso	18 Sparso 105
Quanto	137	Stretto	106 Sul 173.191
Quanto ha'	132	Sto	69 174. 211
Quanto è'	132	Stanze	307 Suil 211
Quanto starà'	133	Suo'	177 Su'l ibid.
Quante uolte	ibid.		Suo

TAVOLA

Suo	22	Su	ibid.	Velo	218.	Vel.	219
		T		VERBO			24
TA				23	Verfo sciolto		306
Tale			21.236	Veggio declinato			44
Tal	21	Ta'	236	Vengo declinato			91
Tal che			ibi.	Verbi ufati da poeti			89.98
Tempi de uerbi			26.239	Verbi in sco			95.96.97
Telo Tel			219	Verbi intransitiui			97
Terza rima			306	Veruno			19
Tengo declin.			78	Vi		97.175.22.218.270	
Ti	97.171.175.22.218.270			VICENOME			10
To	23	Tu	12	Visso			104
Tu medesimo			21	Vno			196.229
Tuo	22	Tutto	210	Vostro			22
		V		Vo declinato			69
V	1. doue		135				
Ve	Verfo doue		136	IL FINE.			
			271.273				



Errata	Corrige
29 Faceſſi Iddio	faceſſe Iddio
29 Voleſſi Idio	voleſſe Idio
34 habeamus habete	Habete, habeant
35 FINITO	FINITO habuerim, is.
42 Se tu, verſu pen.	ſe uoi.
52 hauremmo	hauremo.
59 concioſia	concioſia coſa
70 faciem	faciam
78 terranno	terranno tenebunt
79 ho uoluto	Ho uoluto
79 inſi tui	inſinitui
79 Trauſitui	Transitui
108 Græci dicuntur	Græci dicunt
110 plura loquemur	plura loquemur
110 tamen fieri	tamen fieri
134 DOVE &	DOVE ubi, &
138 lo uide in	lo. uide in
139 Ne neque	Ne, neque,
139 Gnaffe e et	Gnaffe ſane et
156 1. con.	2. con.
163 Per quo, ſed	Per quo: ſed
172 duplex,	triplex
174 gli uitor	gli uitori
174 IL	LE
177 Si exit	ſi exit
188 hac locitione	hac locutione
188 munime cum	minime cum
188 demonſtrans	adminiſtrans
188 ille l. Lantimus	ille Plautinus

188 Terentianus i a	Terentianus ita
239 que habet	que habent
255 obſeruetur	obſeruentur
255 Sed his	Sed de his
255 k liquida	liquida
263 prima plurali	ſecunda plurali
272 dicitur	dicitur)
275 eſſet communem	eſſe communem.
277 anancheu	anancheu
282 poſſe illud	poſſe illud
282 uedi te diſputare	uidi te diſputare
284 Tenloti	Tienloti
287 diligentiaſ arcire	diligentia ſarcire
288 aſpirationi	aſpirationis
288 per ch	per litteram Ph, & Th
290 copioſuſq;	copioſiuſq;
292 habebant	habeant
295 adſtinguntur	diſtinguuntur
298 accommodati eiusq;	accommodatum: eiusq;

Licentia D. Inquiſitoris .

Nos F. Franciſcus de Saponaria Minorita Conuen. Inquiſitor generalis hæreticæ prauitatis Thuſcæ uſum, & examinauimus diligenter hos libros duos de Inſtitutionibus Florentinæ Linguae conſcriptos a Venerabili, & Reuerendo D. Euphraſyo Lapino de Florentia, & cum nihil haberet, & continere comperiſſemus, quod orthodoxæ fidei, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ aduerſaretur, aut quod contra bonos mores, & honeſtatem eſſet, conſeſimus libere, & abſq; ullo præiudicio licentiam eos imprimendi. In quorū fid. &c

ita eſt. Nos F. Fran. &c. die 2. ſept. 1568 Florentiæ.


REGISTRVM.

* ABCDEF GHIKLMNOPQR
STV X.

Omnes sunt Quinterniones.



FLORENTIÆ,
APVD IVNTAS,
MDLXXIIII.



Este es el documento
de fección de la Real Audiencia de
San Pedro de la Cueva en la
ciudad de San Pedro de la Cueva
a 10 de mayo de 1606 años

Manuel Ramirez
de fección